This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



613.
2/
G14e
R

Mihi Res, non Me Rebus.

Lib.

Bibliothecæ

M. Hyacinthi Theodori Baron,
Antiqui Facultatis Medicinæ
Parisiensis Decani, nec non
Castrorum Regis et Exercituum
Protomedici.

G 132
Rés

CL. GALENI DE BONO ET MALO SVCCO, LIber vnus, *à Sebastiano Scrofa in Latinum conuersus, multísque in locis castigatus & explicatus.*

AD IOANNEM CALCEIVM *Mecœnatem suum.*



PARISIIS,
Apud Christianum Wechelum, sub Pegaso, in vico Bellouacensi. Anno
M. D. XLVI.

Sebastianus

SCROFA REVERENDO PATRI AC D. IOANNI CALcetio Abbati in D. Andreæ, Mecœnati suo S. D.

DE HOC INTERpretandi genere præfanda nobis quædam sunt. Nam iam ab aliis antè conuersa, denuò interpretari, ac velut retractare, quibusdam superuacaneus & inutilis labor videtur, & quod grauius dictu est, iniusti, inuidentisque & arrogantis animi argumentum. Qui si errant simpliciter, et si vt dicunt, ita sentiunt, docendi primùm se falsum putare: deinde, pessimo exemplo, honestissimis laboribus, & iuuãdæ mortalitatis studio sumptis, inuidiam fieri. Sin suos in hac re nescio

quos ſequuntur affectus, hominum genus nullum eſſe, in quos aptiùs ea quadrent, quàm in ipſos. Quî poteſt enim obſecro, inutilis eſſe labor, quo res humano generi ſummè vtilis quæritur? Sed iam inuentum eſt, inquit, quod quæris. Ain verò? & tu id totum tenes? nihil ne oculos fefellit, in infinita rerum dubiarum, obſcurarum, minutarum, difficilium varietate? nulla vocula vel ante inaudita, vel nõ ſatis intellecta, aut expenſa, vel deprauata aut ſuppoſita? nullum ſcripturæ in tota orationis concluſione vicium? nulla ambiguitas? Perſpectáne & intellecta omnia? Seruata vbique fides? perſpicua & caſta oratio, claris, puris, propriis verbis? nihil vſquam ineptum, nihil peregrinum, aut barbarum? Hæc enim omnia qui præſtitit, næ ille diuinus eſt homo, & nihil noſtri ſimilis. Sed extitiſſe aliquem, nuper adeò,

Multa in bono interpretè requiri.

qui

qui, quod nullo ſeculo cuiquam contigit, quamuis magno ſtudio, quamuis fœlici ingenio, primus atq; vnus, nouo quodã miraculo, perfecerit: nemo mihi certè vnquam perſuadebit. Profectò enim ita res habet, vt ille optimũ dicebat, non in quo virtutes eſſent omnes perfectiſſimæ, quod eſt Deorum immortalium proprium, ſed in quo pauciſſima leuiſſimáque vicia. Sic ille veriſſimus interpres non in quo nihil, ſed in quo minima pauciſſimáq; deſideres. Ac bene nobiſcum ageretur, ſi multorum magnorúmque ingeniorum vigiliis effici poſſet, vt tam verè quàm ſtudioſè dicerent quidam, parùm neceſſariam eſſe Medicis *Græcam literaturam: purè ac fideliter in* Latinum *conuerſis, omnibus omnium Græcorum ſcriptis. Ego verò contrà, in iſtis quæ celebrantur interpretationibus, craſſos pudendóſque errores ineſſe cenſeo, propè*

innumerabiles: de quibus appellarem equidem interdum magna & nobilia quædam nomina, niſi ſcirem odium mihi, ſine reſponſo expectandum: & medicinæ ſtudioſos omnes hortor, vt tandem aliquando Græcè diſcãt, nec ſemper velint ab aliena fide pendere. Quam autẽ iniuriam illis facimus, ſi in arenam longè pulcherrimam cum ipſis deſcẽdimus? An coronam ſine puluere, ſine ſole, nemine contraluctante poſtulant? Quæ ſi eſt ipſis iam delata, & ſi virtutibus eorum tota debetur, vnde noua hæc trepidatio? Profectò enim, vel de iudicum æquitate dubitant, grandi totius poſteritatis iniuria, uel ſuis diffiſi viribus, declinandi certaminis cauſas comminiſcũtur. Glorioſior tamen eſſet victoria, & magis probata virtus, diu fortitérque luctatis. At bene illi & acutè multa, quorum laudem ab aliis intercipi, iniquum

quum esset: imò verò graue nefas. Neq; hoc agimus, vt laude merita quenquam frustremur: sed cùm imperitorum linguæ Græcæ interſit, quoniam ſine dubio nulla eſt omnibus numeris abſoluta cõuerſio, vt vnum eundémque librum conuertant multi, experiri volui, ſi quâ poſſem diſcentium ſtudia iuuare, non vt laudem alienam arroderem, ſed vt ſine inuidia communia facerem, quæ ad hominum vtilitatem, me bene animaduertiſſe confidebam. Inter honeſtarum & vtilium rerum ſtudioſos, de veritate, contentiones acres eſſe oportet, ſed intra conuicia & maledicẽtiam, vt rationem ipſe tuam dicas, alienam audias. Non proponimus hanc interpretationem pro perfecta, neque illi vni fidem eſſe volumus: ſed in ea tamen conati ſumus, & aliquid dicere, quod alios fugit, & quæ illi tenuerunt, eorum nihil omittere. Quæ la-

Intereſt imperitorum linguæ Græcæ, ut multi ſint unius libri interpretes.

tuerunt nos, aperiet fortè pòſt aliquis, & gratiam ac laudem cùm à nobis, tum ab omnibus mortalibus feret. Nam quod quidam faciunt in alienis laboribus, quódque nobis faciẽdum eſſe dictitant, vt ſi quid in iis parum placet, mutemus, transferamus, interlinamus, addamus etiam ſi quid deeſt, obſcuris lucem, certitudinem ambiguis demus, breuiter omnia ſurſum deorſum miſceamus, idq; inſcio cùm lectore, tum autore, quale ſit, ipſi viderint: mihi certè videtur grauiſſimũ. Quid enim ſi ita pergunt poſthac, aut cuius nomine legetur? boni ſcilicet caſtigatoris inſcitia interpreti imputabitur? aut errare ac falli potuit interpres, non poterit caſtigator? Ego nec in alienis vnquam mihi tantum permittã, nec ſi me viuo, quis in meis faciat, impunè feret. Venio ad vltimum, quo cenſorio iure à nobis notari volunt, quot,

Reprehendenda licentia in aliena ſcripta.

& quibus locis quiſque lapſus ſit. Odioſum id in primis, & immenſi laboris in tanta interpretum turba: deinde perfectæ eruditionis, cuius arrogatio, verebar ne inuidia non careret. Ita quo me cunque verterem, nihil inueniebam melius, quàm ſi totum librum denuò cõuerterem, & ad te mitterem, à quo me & amari ſentio, & ſuſtentari fateor, vt ſine graui flagitio, nec honori tuo, nec cõmodo, nec valetudini, ne abſens quidem deeſſe debeam. Et quoniam Galeni libellum de Remediis parabilibus, quem ego iam pridem in Latinum verti, & locis multis correxi deprauatum, tibi dicare conſtitui, ne quid præpoſterè facerem, volui te antè cognoſcere, quæ res boni eſſent ſucci, quæ mali. Nam cùm hæc doctrina, latiùs quàm illa pateat, propterea quòd in omnia morborum bonæque valetudinis tempora incidit, ad

Ad omnes ptinet hæc de cibo & potione diſputatio.

rem

rem pertinet, omnium ciborum proprietates, in primis noſſe, vt omnes ſciant, ſani, ægroti, quo genere, quemadmodùm, & quo tempore vti debeant. Atque vt ille de Remediis parabilibus, ſumma quadã complectitur totos decem libros, quos idem autor confecit, de Compoſitione medicamentorum pro diuerſitate partium corporis: ita hic libellus comprehẽdit breuiter, quicquid de alimẽtis in tribus libris dixit, & alibi ſparſim.

Habebis igitur vtrunque, ſed hunc priorem, tum quòd ita rei natura, ordóque poſtulat, tum quia nobis præcipuum ſtudium, & antiquiſsima cura eſt, vt quàm longiſsima integerrimáque valetudine fruare: nec tibi vlla incũbat neceſsitas, capiundi ex altero illo conſilij. Sed quia perdifficile eſt in his breuiariis, cum perſpicuitate breuitatem ſic vbique coniungere, vt nihil deſideres, aut multa,

multa, quod hîc fuit propter multas variáſque res neceſſe, ſigillatim ita recenſere, vt nec confuſionem, nec difficilem memoriam faciant, viſum eſt huc addere, quæ deſideraſſet fortè aliquis, & obſcura quædam declarare, & quæ vna ratione continerentur, eorum vt facilior eſſet memoria, vno capite omnia comprehendere. Ergo *quoniam de cibis diſputatio erit, ſcire licet à medicis duo rerum genera poni, quibus homines in curando aut tuendo corpore vtuntur. nullum temporis momentum, quo non aliquam ſui iacturam faciat corpus, quo non in aëra diſſipentur eius ſpiritus, humores, molliores, durioréſq; etiam ac ſolidiores partes. neque poteſt vllo modo teneri perennis iſte fluẽtis materiæ curſus, ita ferente elementorum, è quibus conſtamus, naturâ. Contra hoc neceſſarium ac natiuũ miſeræ mortalitatis malum,*

Ciborũ & medicamentorum quæ natura & uſus.

lum, conditoris prouidentia cibos vberrima benignitate dedit: quorum ſuccis detrimentoſa iſta noſtri corporis defluuia expleremus. Prima illa nobis ac maxima cauſſa cibi ſumendi & potionis: neque ab ijs in media natura quicquam expectandum, niſi vt detrimentum farciant, nullo modo affecto corpore, id eſt, nec incaleſcente, nec frigeſcente, nec humeſcente, nec areſcente. & quæ res cunque id optimè facit, ea naturam alimenti ſinceriſſimam habet: nam quæ de quatuor illis modis, aliquo afficit, ea pertinet ad alterum genus, quod medicamentorum eſt. Neque tamen ſi anguſtiſſimè rem vrgemus, vlla omnino natura eſt, quæ nos ſic alat, vt nullo afficiat pacto: eſſet enim illa omni ex parte nobiſcum eadẽ, quoniã ſit neceſſe quicquid alit, in eius quod alitur ſubſtãtiam verti, poſitis qualitatibus, ſi quas habuit ab

it ab eo diuerſas. Habuit autem omnino: neque enim fieri poteſt, vt duorum perfecta ſit in omnibus rebus conuenientia, diſſimilitudinis ex toto neſcia: nam illa eſſet, vt dixi, non conuenientia aut ſimilitudo, ſed vt Græci dicunt, ταυτότης, id eſt, res eſſent, non inter ſe conuenientes aut ſimiles, ſed eædem plané.

Ex quo intelligitur, è duobus illis generibus, tertium exiſtere, confluentibus in vnum vtriuſque generis proprietatibus. Atque, vt ſi quid nos aleret, nullo pacto affecto corpore, alimentum ſimpliciter id eſſet: ita ſi quid corpus alterat ac mutat, nulla in eius alimentum cedente parte, venenum id mortiferum eſt, tota naturæ ratione nobis contrarium. In his duobus velut terminis, clauſa eſt omnis earum rerum materia, de quibus rebus in hoc libro diſputaturi ſumus: medium tenentibus aliis, aliis huc aut

Eadem in re medicina & cibus.

aut illuc propiùs accedentibus. Estque prouisum hoc sapienter, ab Opt. Max. Deo, vt, quoniam nostrorum corporum non perennis tantùm futurus erat fluxus, sed & perpetua serie continuatæ caloris frigorisque vices, in vna eadémque re positum in promptu haberemus remedium, ruinas, vt ita dicam, nostras simul instaurante, simul æstus, algores, squalores, humectationem castigante.

Qui boni succi, qui mali.

Est autem eorum, ex quibus alimenta capimus, nõ vna omnium proprietas, sed variæ admodùm ac penè infinitæ, in quibus id primum quæritur, quæ res boni, quæ mali succi sint. Et boni quidem succi, si propriè loquimur, sunt qui naturam mediam tenent, aut ad eam accedũt proximè, è quibus sanguis, bene temperatæ naturæ quàm accommodatissimus, neque calidior iusto, neq; humidior, neque frigidior, neq; siccior, non crassus,

non

non tenuis, non pinguis & viſcoſus, non acriter mordax, amarus, ſalſus, acidus, breuiter perfectam adeptus mediocritatem, qualem imaginamur in optimè temperata natura, ad quam, velut ad regulam, cæteræ omnes corrigendæ veniunt. Ab hac deſcriptione quantum receditur, tantus ad malum acceſſus. neq; tamen id anxiè obſeruatum vbique eſt, vt in malis haberetur, quiſquis ab hac ſumma perfectione vel tantulùm excidiſſet: ſed vt in omni acuta diſputatione, ſic quærimus hîc aliquid, omni ex parte abſolutum, quò ſe mens noſtra, velut ad ideam referat, cùm de his rebus cogitabit, quarum naturam, etſi eſt expoſita ſenſibus, non poteſt ad plenum conſequi. Ergo bonus etiã ſuccus erit, qui ſanguinẽ faciet, non tantùm illum optimũ, ſed notabili atque euidenti vicio carentem. neque paruæ rei magna eſt hîc habenda ratio:

ratio: vt ſi eſt craſsiuſculus, ſi pinguiculus, poteſt adhuc in bonis eſſe. Item ſi paruo momento inclinat ad calidum, frigidum, humidum, ſiccum: nam qui maiori, certè ille in malis, & qui acriter mordet, qui acidus, qui ſalſus, qui amarus. Scire autem licet, quem omnes homines de more ſanguinem appellant, non illum eſſe quem medici cogitant, ſimplicem ac ſincerum, ſed permixtum quid, & ex multorum, bilis, inquam, amaræ & acidæ, & pituitæ, & tenuis cuiuſdam, inſtar aquæ, humoris, & ipſius puri ſanguinis confuſione compoſitum: nec optimũ eſſe, qui nihil horum habeat, ſunt enim magno vſui, ſed qui iuſtiſsimo & animantis naturæ conuenientiſsimo pondere temperata omnia. Ergo bonus ſanguis nec pituita carebit, nec bile, nec ſeroſo illo excremento, ſed cùm eorum cuiuſq; tantum habeat, quantum animãtis natura poſtulat,

Sãguis ſincerus & aliis humoribus mixtus.

poſtulat, certè puri illius ſanguinis partem habebit multò maximã. Iam ſi quid de ijs quæ cum puro ſanguine permiſcẽtur, ſuum non tenebit modum, non ſtatim par erit, vel ſanguinis vicium, vel corporis noxa: ſed in vtroque bilis genere maior, in pituita minor. Naturalis enim pituita, quam intelligimus nec ſalſam, nec acidam, ſed vel inſipidam, vel dulcem, in ſanguinem excoqui poteſt, & corpori in alimentum cedere. Bilis nec vnquam ſanguinis formam recipiet, nec niſi paucas omnino partes, ad ſuam ipſius temperationem propenſas alet, idque ſanguinis admixti beneficio. Ergo peſſimus ille ſanguis, in quem alterutra bilis valde redundat: in quem pituita, ſi quidem multa, nequit ſanè bonus eſſe: ſi pauca, non nimis valde eſt improbãdus. Ad rem enim pertinet, loquendi libertatem eſſe aliquam, nec in anguſtiſſimũ omnia

contrahi: moleſta ſæpe & odioſa eſt, exquiſita iſta ſubtilitas. Itaque cùm audies boni ſucci quædam dici, quæ ſanguinem faciant craſſum, aut glutinoſum, aut ſubcrudum, hæc tibi ratio ſuccurrat, non exactiſſimè eum locutum, & pro ſua liberalitate illis quædam tribuiſſe, quæ nondum adepta eſſent: quoniam natura, ita cõparata videret, vt ea adipiſci poſſent. Eadem cùm improbari audies, cogitabis ad perfectionem referendum eſſe animum. Ita quod identidem imperiti factitant, rationem requires nunquam, cur medici res eaſdem, modò boni, modò mali ſucci faciant, & cur in tota rerum vniuerſitate, vix quicquam ſit, in quo non aliquid deſiderent. Certè enim quamuis accuratè obſerues, nunquam inuenies boni ſucci rem eſſe, quæ ſanguinem gignat, bilioſum, melancholicum, ſalſum, amarum, valde tenuem.

Nam

Nam etſi poteſt ſeroſum illud ac tenue excrementum, non magno negocio pelli aut conſumi, exercitatione, labore, frictiõe, inedia, ſudoribus, vrinis, balneo, alijsq; rationibus, non videtur tamen bonus eſſe ſuccus, in quo alimenti nihil eſt, aut certè minimum.

Non omnis fert omnia tellus, rectè. magni enim refert, quæ res ex quibus rebus alimentum capiat: & per totum mundum longè latéque fuſæ ſunt admirabiles quædam proprietates, pro quarum diuerſitate, res inter ſe faciunt aliquid, & ferunt. Struthocamelum accepimus ferrum deuoratũ coquere. Vis eſt, inquies, in eo caloris maxima. Etiámne quàm in Leone maior! non opinor. Sed caret Leo συμπαθείᾳ *illa, quam propriã habet Struthocamelus cum ferro. Et quanquam non eò ſemper confugiendum, ſi cauſa quæritur, cur hoc cibo* Quæres ex quibus rebus alimentum capiat.

vtatur homo, ab illo abſtineat: tantam tamen eius vim eſſe creditum eſt, vt ea ſi abſit, caſſa futura ſit omnis elementarium qualitatũ, in quibus agendi vim ponimus, efficientia. Ex quo intelligi debet, certa quædam eſſe rerum genera, in quibus ſit nutriendorum hominum natiua proprietas: non tamen ex æquo in omnibus, vt nihil interſit cuius generis, quantum, quo tempore, quo loco, quo modo ſumatur. Habent enim hæc neceſſarias obſeruationes multas ac impeditas, quæ omnes velut è duobus fontibus manant. Nam vbi nobis ſemel incubuit, illa quam dixi, cibi potionisq; neceſsitas ſtatim aliæ ſexcentæ ſuboleuerunt, vt rerum malarum vber prouentus eſſe cõſueuit, partim inſcitia, partim penuria, partim intemperãtia, ſæpe gra uiterque peccantibus. Sed omnis mali prouidentia, duabus in rebus, vt dixi, poſita

Obſeruanda in abi et potionis uſu.

posita est, statu corporis, & vtendi cibi potionisque natura: à quibus nunquam non petendum consilium. In his duobus vt quisq; peccabit rarissimè, ita optimus erit vitæ magister. Et corpus quidem ideo principem tenet locum, quia nisi cognita eius affectione, de cibo & potione statui nihil potest. Nam si suæ substantiæ iacturam tantùm fecit, ea conueniẽti cibo potioneque pensanda. & si magna fuit ea iactura, multum alimenti: si parua, capiendum parum. Si quid illi fortè aliud accidit, vt si incaluit, si frixit, si squalidum aut vdum est, si soluto aluo languet, si stricto angitur, si crassi aut crudi succi copia grauis est, si spiritu inflatum corpus turget, si venas cæteraq; conceptacula, & spiracula, crassus, lentus, multus humor angustijs impeditas tenet: horum omnium quodcunque erit, leue vtique & exiguum, & intra sani-

Consilium à corporis statu, & utendi cibi natura petendũ.

Ex affectione corporis de cibo & potione statuẽdum.

tatis fines, cibũ dari cõueniet, quo ſimul ſuſtẽtetur corpus, ſimul ab vrgẽte malo leuetur. Quod poſterius, quãq; eſt medicinæ ꝓpriũ, cibo tamẽ attribuitur etiã, Dei prouidẽtia, vtroq; in idẽ incurrẽte. Neque hac medicinæ parte alia eſt vlla vel vtilior, vel antiquitate ac dignitate præſtãtior, quæ valetudinẽ non optimã modò tuetur, ſed aliqua etiã ex parte labefactatã erigit ac ſuſtinet. Perfe-

Temperatiſſima natura.

ctiſſimæ omnino ac tẽperatiſſimæ naturæ vitã ita moderatur, vt eã in ſuo ſtatu cõtineat, omniũ rerũ quæ huc pertinẽt, vſu: cibi, potionis, aëris, frictionũ, exercitationũ, balneorũ, quietis, ſõni, vigiliæ, veneris, ſtudiorũ & affectuũ animi, & quæcunq; aliæ in plena, ac iuſta, de tuẽda valetudine tractatione exponuntur.

Natura intemperata.

Quæ citra hanc perfectionem ſubſtitit, illi viam oſtendit, qua ſit ad eam per ocium & bonæ valetudinis tempus con

tendendum.

tendẽdum. Docet enim, quoniam in mediocritate illa perfectio consistit, omne immoderatum castigandum esse, conuenienti ac tempestiuo earum rerum vsu, quas antè posui. Est autem conueniẽs, per cõtraria à medio vtrinque ex æquo remota. Iusto calidiori corpori remedium est, in rei vsu, tanto frigidioris iusto, quanto ipsum corpus est calidius. Impeditis vijs, crasso & lento succo, quærendus tenuis succus & abstergens, sic vt quàm crassus ille est & lentus, tam sit hic tenuis & abstergens. Hæc exempla ad alia transferenda sunt: nam locum de corporis statu aut affectione, spacioſum sanè, & totam de tuenda valetudine disputationem complexum, prætercurro tã tùm, indicans vnde petendum consilium, cùm alijs in rebus, ad sanitatem pertinentibus, tum in cibo & potione, de quibus in hoc libello specialis disputatio est.

neque habeo neceſſe in eo recenſere omnes mutationes, quas corpus humanũ vel naturæ lege, vel rerum extra ipſum poſitarum conſuetudine, ſubit: iam enim antè teſtatus ſum, me non alia dicturum, niſi quæ in hoc libello fortè deſiderari poterant, & quæ ad memoriam ac perſpicuitatem facerent. Itaque hunc locum vno addito, concludam: Suas eſſe quorundam hominum ſingulares proprietates, quarum vis tanta, vt ſint, quibus rerum optimarum ſola appellatio, nauſeam faciat: peßimarum vſus, innoxius ſit: ad remque maximè pertinere, vt ſuam proprietatem quiſque norit, ne ſui ignoratione, immedicabile quid committat: & hîc de alimentis dici, quæ longa experientia cum ratione coniuncta, in bona natura obſeruauit, nullo ſingularis illius proprietatis reſpectu.

Singulares quorundam proprietates.

Hæc de corpore, tranſeamus ad cibos.

bos. Omne id quo alimur, vel ex animalibus, vel ſtirpibus è terra natis ſumitur: nolumus enim hoc tempore ſpinoſam & controuerſam de aqua & aëre quæſtionem inſtituere, in qua exercenda, oſtentationis fortè & acuminis multum, fructus certè parum eſſet. Ad horũ vires cognoſcendas adferimus primùm ſenſus, guſtandi, olfaciendi, videndi, tangendi, vt ex odore, ſapore, colore, duritie, mollitie, certo corporis habitu, craſſioris, tenuioris, grauioris, leuioris, rari & ſubinanis, aut ſpiſſiùs compacti, friabilis, aut lento velut glutino tenacis, aut in his omnibus medij, quam agendi in nos facultatem, habeat res quæque, ratione colligatur, confuſa illa quidem principiò ac dubia, ſed cui diſtinctionem ac certitudinem, vſus experientiaq; adiungant. Dati enim à natura ſenſus, ad declinanda quæ nocitura videbũtur, &

Ciborum materia.

Quibus modis cognoſcatur alimẽtorum uis.

ad

ad res ad vitam neceſſarias, inquirendas ac parandas, neque temerè quid occurrit vtile corpori, quod ſapore aut odore ingrato veniat. Triplex materiæ differentia. *Et quoniam omnis cibi proprium eſt alere, ſciendum eſt, in ijs genera quædam eſſe firmiſſima, id eſt, ex quibus alimenti plurimum, quædam infirmiſſima, quædam media.* Firmiſſimæ, infirmiſſimæ, mediæ. *& firmiſſima robuſtiſſimis conuenire, infirmiſſima imbecillis, media mediocriter firmis. & de infirmiſſimis minori periculo plus aſſumi poſſe, in valentiſſimis maiorem temperantiam requiri. Ergo firmiſſima ſunt, craſſa, compacta, grauia, viſcoſa, ſucculenta, & plurimo atq; optimo ſucco alunt, ſi quidem à noſtra natura nihil alienum habent: id quod & ex odore, & ſapore, ſed magis experientia percipitur. Vt enim ſuauiſſimus eſt cuiuſq; rei odor, & iucũdiſſimus ac dulciſſimus ſapor, ita in ea eſt optimi ſucci plurimũ: neq;*

neque quicquam nos alit, quod dulcedine omnino careat. In ſalſis enim, amaris, acidis, acribus, auſteris, acerbis, medicinæ multum, alimenti parum eſt: tantum vtique, quantum adiunctæ dulcedinis. Infirmiſſima cõtraria omnia, vt tenuia, rara, ſubinania, leuia, abſtergentia præhumida. Inter hæc duo, medium tenuit media materia, cuius vſus eſt ſecuriſſimus. Ferè autem accidit, vt quo potentior quæque materia eſt, eò & difficilius coquatur, & tardius tranſeat, cùm per ventrem, tum per venas, & alimentum cocta præbeat durabilius, ac minus diſſipabile. In infirma, contraria eodem modo reſpondent. Atque etiam valentiſſimæ materiæ periculum adiunctum eſt, ne corpus ſupra modum impleat, aut eius obſtruat vias: inualidæ, ne id ſub ea contabeſcat, & conſumatur. Neque ignorari debet, in omni genere, bonos malosq;

malósq; inueniri ſuccos, qui quales ſint, antè diximus, & ad eos efficiendos, cœli ſolíque vim eſſe maximam: nam cœlo etſi alia alio delectantur, meliora tamen omnia, claro, puro, ſubtili, libero, temperato, quàm contrarijs modis affecto, id eſt, craſſo, caliginoſo, concluſo, æſtuoſo, rigido, ſiticuloſo, præhumido. Item ſolo nec præpingui, nec macro, nec vliginoſo, nec arido, nec calore, nec frigore puſto, ſed in his medio, & ſalubri auræ expoſito, et earũ rerũ feraci, quæ res ſunt omnibus in eo vitã degentibus accommodatiſſimæ. Scire enim licet, nec ortarum è terra ſtirpium, nec animalium ſuccos, in penuria æquè bonos eſſe, atque in vbere & læto pabulo. Itaque in primis expetenda bene habita, in quibus nec ad ſuperuacaneum humorem nauſees, nec bonum deſideres. Atque hæc quidem ad omnia genera pertinent, ad animantia, ad fru-

Cœlum.

Solum.

Pabuli penuria aut copia.

In bene habitis meliores ſuci.

ad fruges cereales, ad arborum, fruticum, herbarum fructus, ad radices, folia, cauliculos, flores, semina, succos vel sponte manantes vel expressos, breuiter quicquid edendo est. Nam & quæ sub eadem sunt specie, magna, præter hæc, discrimina recipiunt, de quibus ea tantùm attingam, quæ obseruari magnum est operæprecium. Differentiæ in eadem specie. Ergo *animalia inter se differunt, pro sexu: mares enim fœminis calidiores & siccio-res: vt tauri vaccis, hirci capris.* In animalibus. *Et quatenus execta, aut non execta sunt. Suauior enim & iucundior est exectorum caro, có ¡ue melior: nam suauia & iucunda, natura facilius & coquit, & in sanguinem vertit, & digerit in corpus, & eo alimento, maiori cùm voluptate, tum bono fruitur. Item quia mansueta sunt aut fera, quæ differentia etiam in plantas cadit, sed contraria naturæ lege: nam erraticæ*

raticæ plantæ, pleræque omnes, minus alimenti, eiusque deterioris reddunt. Feræ, cicuribus præstant: cœlo enim fruuntur puro, ac libero, & cibum edunt, in quo humoris superuacanei minus, quod facile illis est consumere, noctéque diéque discurrentibus per saltus, per syluas, per valles, per montes. In ferarum voce contineri volo etiam campestres ac montanas & syluaticas volucres, quanquam id impropriè fit. Cæteras sciens prætereo, quæ vel in generales incidũt, vel in hoc libro à Galeno explicãtur: vt ab ætate, pro varietate partium, pro genere pabuli & educationis, pro corporis habitu pinguis, macri, duri, mollis, spissi & coacti, rari & inanis, & siquæ aliæ sunt. Iam in seminibus improbantur, tum minuta & emaciata, membrana ea vestiente, aut nimis appressa, aut corrugata, tum prætumida & inani quadam

In seminibus.

quadam vaſtitate inflata. illis enim deeſt, his ſupereſt humor, non ille quidem bonus, ſed aquea tenuitate vituperabilis, & tempore ſi ferre poſſunt, partim excoquẽdus, partim exhalãdus. Laudatur mediocritas, quæ ad maius ac plenius inclinat, nec digitis cedit, intenta vndequaque membrana, quæ pro tegumẽto eſt. Sed & condiendi parandíq; differentia latè patet, nec alibi clariùs relucet ſapientia ſtructorum, hac arte caſtigata omni intemperantia, vt ſimul melior, ſimul iucũdior veniat res. A quoſus & inutilis humor calidis ſiccíſq; reprimitur: craſſus & lentus, tenui & abſtergente, vt ex contrarijs intemperatis, noua quædam temperatio exiſtat. Condiendi & parandi ratio.

Ergo beluæ marinæ, & grandiſſima quæque pedeſtrium animalium ſale condiuntur, ebibituro inutilis humoris redundantiam, & reliquas partes contra putredi-

putredinis iniuriam coacturo & ſiccaturo. Ita recens mactatis ſalſamẽta præſtant, non illa quidem veterrima, ſed recentia etiamnum, aut mediæ ætatis. Et quæ ſalem non ferunt: pridie, aut tertio antè quàm edantur die, mactari, & aëri in quem tenue excrementum expirẽt, exponi conſueuerunt: obſeruatúmq; ea friabiliora, & ſuauiora, & leuiora reddi. Hyſſopi, ſatureiæ, ſaluiæ, origani, thymi, roriſmarini, maioranæ, foliorum lauri, petroſelini, apij, ſinapis, porri, cepæ, allij, piperis, zingiberis, nucis moſchatæ, caryophyllorũ quo pertinet vſus, ſi non ad caſtigandum craſſa, frigida, humida, lenta, inflantia, ad expedienda obſtructa, ad cruda coquẽda, ad impellenda ſegnia? nullius enim horũ bonus eſt ſuccus. Et lactuca, portulaca, atriplice, oxalide, peponibus, nónne feruidorum vim, vt freno quodam compeſcimus?

ſcimus? Iam quòd elixa quædam ſumuntur, aſſa quædam, alia fricta, nihilne intereſſe putas? Elixa enim omnia humidiora certè ſunt, facilius cõcoquũtur, tranſeunt expeditiús. In aſſis & frictis, ſiccior eſt & valentior materia. Itaque piſces humore ſuperuacuo graues, vtiliter friguntur: & porcelli, hœdi, agni aſſantur, & volucrium, quoniã natura infirmiori ſunt, multæ. Item acer, amarus, ſalſus humor, diuturna elixatione, & aquã noua ſubinde infuſa elicitur, corpore, quod ipſum cõtinebat, omni ferè qualitate deſtituto, vt contra Praxagoram & Philotimum diſputat Galenus. Ergo braſſicæ, lentis, oſtreoriũ ius decoctum, ventrem ducit, ipſum eorum corpus aut caro, ſiſtit.

Et quoniam in ventrẽ incidi, de quo dixiſſem equidem plura, niſi me longiùs excurriſſe ſentirem, duxi admonendum, Quæ prima menſa.

quicquid eũ ciet, prima menſa ſumi opor tere, vt humida, & pinguia, & lubrica: quæ vbi quis ederit, quietè ille inambulare debet, molli & cedẽte ſolo, vt ſal ſa etiam, & acida, & abſtergẽtia. Idémque eorum eſſe tẽpus, quæ ipſum tenẽt, quod genus auſterorum & acerborum eſt, & omnino craſſorũ in quibus nulla nec acrimonia, nec mordacitas. Item quæ vrinam mouent, opportunè in primis dantur, nam ſi in poſtremis venirẽt, penetrabilis eorum ſubtilitas, quæ ſe celeriter in venas inſinuat, crudum etiamnum ſuccum præproperè ſecum abriperet. Hæc omnia in idem tempus, non in eandem cœnam incurrunt: niſi ſi quis eſt tanta amentia, vt grauiſſima naturæ vexatione, contrarios motus eodem tempore ciere velit. Ventrem enim mouentibus, non ea modò, quæ ipſum cohibẽt, ſed & quæ vrinas cient, & quæ vomitum,

Cauendi cõtrarij naturæ motus.

tũ, reſiſtũt, mouẽtis naturæ impetu ad ſe conuerſo. Quæ cauſa eſt, cur ad alui dejectionem craſſiora, ad vrinas ciundas tenuiora expetantur, ſubtilia venis admittentibus, non item craſſa. Atque etiam res ſunt quædam, contrarijs viribus præditæ, vt mouendi & ſiſtendi alui, quod in braſſica modò, & lente & oſtreis annotauimus.

Auſtera & acerba, magno cùm ventriculi imbecilli tum capitis bono, in poſtremam menſam reſeruantur. Ad hunc enim modum illo confirmato, hoc nec humoribus tentatur, nec vaporum exhalatione. Fuêre qui demirarentur, ſumptis poſtrema menſa, auſteris, ventrem incitari. Sed non animaduertebant, ſe iam primâ ediſſe, quorum eſſet ea efficientia: & auſtera imbecillo ventri robur addere, ad perſequendum illum dejicientis naturæ impetum, in quem à prio- Poſtrema menſa.

ribus illis iam incitata, ipſa vltrò ferebatur. Nam qui auſtera prima menſa edet, profectò ſentiet, morandi alui naturam illis ineſſe.

Aer & aqua.

Concludam hanc diſputationẽ, aëre & aqua: quæ propter plurima maximáque ad degendam vitam commoda, ſilẽtio ſe non patiũtur præteriri, & in quib. hoc ſingulare, q̃ non vt balnea, vinum, cibus, exercitationes, quies, ſomnus, vigilia, venus, alijs alia conueniunt, ita & aqua, & aër: ſed quæ optima eſt aqua, quíque aër ſaluberrimus, illorum vſus omnibus expetendus eſt. Ergo vitalis iſte aër, quem trahimus reddimúſque vicibus à primo ad extremum vſq; vitæ momentum continuatis, optimus eſt, ſi puriſsimus, clariſsimus, liberrimus, tẽperatiſsimus. qualis quem nec ſtagnorum, nec paludum, nec populoſam vrbem præterlabentis fluminis, nec barathri peſtilens

peſtilens aura inficit, aut caliginoſa obſcurat: in quo nihil putreſcit, non animal, non fruges, non legumina, non olera, non fimus, qui nec appulſu ſolis exarſit, nec abſceſſu obriguit, qui ſalutarẽ ventorum adſpiratum recipit, à ſeptentrionibus præcipuè & oriente, aprico et mediocriter accliui loco: nam quem ardui vndique cingunt montes, propterea in malis habendus, quòd facilè omnia in eo putreſcunt & præfocãtur. Optimus hic aer omnibus ſine exceptione ſalutaris: contrarius, omnibus æquè perniciоſus. Calidior autẽ tantùm, frigidiór ve, vtilis eſſe poteſt cõtrario modo affectis.

Iam & aqua puriſsima ac limpidiſſima eſſe debet: omníque odoris & ſaporis vicio carere. Nam in aquæ virtutibus eſt τὸ ἄποιον, *quod tum intelligimus, cùm omnium qualitatũ expers eſt, nulla nec ſalis, nec cœni, nec aluminis, aut*

ſulphuris, aut bituminis, aut ferri, aut æris, ſignificatione: ea enim iucundiſſima in potione erit. Sed virtutes eius præcipuæ ſunt, ſi leuiſſima & tenuiſſima eſt, ſi præcordia quã ocyſſimè trãſit, ſi celerrimè tum incaleſcit, tum refrigeſcit: quæ cui adſunt, non eſt quod anxiè laboremus, vnde petita ſiet, etſi ad rem etiam id pertinet. Nam in fontanã illæ virtutes ſæpiùs conuenire ſolent, præſertim quæ in oriẽtem excurrit, aut quæ per longum tubum, vel puram terram percolatur. Pluuia leuis eſt illa quidem, & calorem frigúſque promptè recipit, ſed ſpurcarum rerum colluuie ſæpe inquinatur, & magnam, accuratámque diligentiam requirit in excipiendo & reponendo: deteriores ſunt fluuialis, putealis, & ſtagnans: de fluuijs Nilum excipiunt. Sed in omni genere quærendæ illæ notæ ſunt, quas antè poſui,

de

de quibus quò plures inuenies, eò meliorem: quò pauciores, eò deteriorem habebis aquam.

Hæc de cibis habebam, quæ in genere dicerem: & quæ si in memoria tenebis, & hunc Galeni libellum adiecceris, næ tu non desiderabis magnoperè longas & ambitiosas aliorum de cibo & potione disputationes, quibus libros suos de tuenda valetudine, contra veterũ exemplum, totos implent, perinde atque si de toto securus esse possit, qui partem vnam aliquam teneat. Vale pater optime diu ac fœliciter. Lutetiæ tertio Id. Iul.

Anno M. D. XLVI.

CL. GALE-

NI DE BONO ET MALO *ſucco, liber vnus, Sebaſtiano Scrofa interprete & caſtigatore.*

VAE IAM MVL-*torum deinceps anno rũ continuatione, per multas quæ* Romanis *parent gentes, graſſata eſt*[a] *fames, euidenter, niſi ſi quis planè inſenſatus eſt, oſtendit, quantam ad morbos faciendos vim habeat malus ſuccus.* Nam *cùm ciues pro more, quo ſolent æſtatis tempore, quantum frumenti in totum annum ſatis erit, parare, quicquid erat tritici, cum hordeo, fabíſque aclentibus, in vrbes conuexiſſent: de cæteris fructibus cerealibus, illa ruſticis reliquêre, quæ legumina*

gumina appellant: quorum tamen etiam ipſorum, non paruam vim in vrbes importarunt. Ita cõſumptis hyeme, ijs quæ reliqua habebant, ruſtici homines toto vere, mali ſucci cibis vti coacti ſunt, arborúmque ac fruticum extrema, ac germina eſſe, bulbóſque inſuper, & radices ſtirpiũ, quarum malus eſt ſuccus. Cúmque ſe, prout cuique copia erat, agreſtiũ olerum omni genere, ad ſaturitatem vſque explerent, virentéſque herbas totas elixas eſſẽt, quas nemo, ne periculi quidem faciundi cauſa, vnquam antè guſtaſſet: conſpicere in ipſis erat, nonnullos quidem vere extremo, æſtatis autem principio tantùm non omnes, vlceribus in cute ſcatere, quorum non eſſet omnium vna ſpecies. Nam alia eryſipelatis, alia inflammationis, alia herpetis, alia impetiginis, alia lepræ, alia pſoræ ſpeciem præ ſe ferebant. Atque hæc quidem mitiſsima

mitiſsima erãt, quæ in cute efflorescẽtia malum ſuccum ex imo corpore, ac viſceribus exhauriebant. Fuerunt enim in quibus & carbunculorum & phagedænarum cum febribus cerneretur ſpecies, eáque multos interemêre, longo tempore, vix ſeruatis pauciſsimis. Iam & ſine vllo cutis malo multi in febres incidêre, in quibus aluo reddebant quæ grauiter olerent, quæque morderent, & abirent in tenaſmos ac inteſtinorum termina, vrináſque acres, graueolentes & ipſas, veſicámque in nonnullis exulcerantes. Fuerunt & de quorum morbo, iudicatum ſit ſudoribus, ijsque grauiter olentibus, aut abſceſsibus ad putredinem propenſis. Quorum omnium, quibus nihil accidit periêre omnes, aut cum euidenti inflãmatione alicuius viſceris, aut febrium vi ſimul [b] ac inuincibili difficultate. Cúmq; in pauciſsimis quibuſ-

dam

dam à morbi principio, venam ſecare au ſi ſint quidam medici (neque enim abre erat, quòd hoc præſidio cunctanter ac timidè vterentur, labefactatis iam antè viribus) nullum vidi qui bonum vt è ſano corpore ſanguinem funderet: ſed vel immodicè rufum, vel ſeroſum, vel nigriorem iuſto, aut acriorem, & venã ipſam inter effluendum vrentem: vt difficile proinde eſſet, vulnus ipſum cicatrice inducere. Neq; defuêre ſymptomata, cum febribus, quæ bonam mentem turbarẽt, vigiliáſque & graues accerſerent ſomnos, potiſſimùm in ijs qui obierunt.

Mirum autem videri non debet, ſi contrarijs tum morbis, tum ſymptomatis, correpti ſunt, qui inter ſe differrent non modò natura, aut ætate, ſed & antè actæ vitæ ratione, & cibis, quos quiſque in fame ederat, contrarijs facultatibus præditos: ea enim omnes edebant, quo-

rum

rum habebant copiam. Sed cùm non eſſet eorundem omnibus copia, edêre alij cibos, quorum acidi aut acres, aut ſalſi, aut amari eſſent ſucci, alij, quorum auſteri, aut acerbi, aut manifeſtè frigidi, aut valde humidi, aut viſcoſi, aut [a] *venenoſi. Itaque noui, qui mortem ſtatim obierint, ex fungorum eſu, alióſque ex cicutarum aut ferularum: ac non paucos qui vix tandem ſeruati ſint.*

a Graſſata eſt fames.) Id malui, quàm quod quidam ſecuti ſunt, peſtilentia: tota enim earum rerũ quas poſtea exponit hiſtoria, cum fame magis quàm cum peſtilentia conſentit. Penuria ad malos cibos uẽtum, unde uiciatis ſuccis, ea extitêre mala, quæ nominatim recenſet, eryſipelata, inflammationes, herpetes, impetigines, pſoræ, lepræ, carbunculi, phagedænæ: quorum etſi quædam in peſtiferis etiam morbis apparent, non tamen, uel ſemper, uel in omnibus ita uſu uenit. Sed hæc quæ antè poſuimus, penuria, inquam, malorum ciborum uſus, ſuccorum uicium, morborumque ex ijs ſoboles, neceſſario inter ſe nexu cohærent, ut uno poſito, cætera ſequi neceſſe ſit, niſi ſi alius actioni maturè obſiſtitur. Ago enim de naturæ cuiuſque libera efficientia, quam conſtat arte impe-

diri

diri posse. Ergo cùm uellet concludere, succorum uim esse ad morbos faciendos magnam, sumpsit id quod omnes fatentur, è malis abis malos esse succos, è malis autem sucis, uarios morbos nasci, non sibi sed rerum historiæ credi uoluit. Harum rerũ non esset tam apta conclusio, si pestilentiam legas. Vt taceam nullam hîc esse pestiferæ contagionis mentionem, & longi temporis esse, cùm multos statim rapiat pestifera lues. Deinde quid ad hanc luem, quosdam edisse cautam, fungos, ferulas? Nempe adigebat eò penuria. Sed utrum uolet sequetur quisq. erroris occasionẽ præbuit Græcarum uocum similitudo, λοιμὸς & λιμὸς, quarum hæc famem, illa pestilentiam significat.

b Inuincibili difficultate.) Græci κακοήθειαν appellant, ubi tanta est mali peruicacia, ut nulli medicorum diligentiæ, nulli medicinæ cedat: extrahitur id omnino in tempus, & quotidie magis ac magis inualescit, nisi maturè, cautè, & commodè auertur. κακοήθη uulgo conuertunt maligna, nos aliàs male morata & intractabilia.

c Et graues acerserent somnos.) ἢ κατάφορα inexpugnabilis procliuitas, quæ ad graues fert somnos, qualis ærnitur in frigidis & humidis cerebri malis.

d Aut uenenosi.) ἢ φαρμακώδεις. pharmacum Græcè & Latinè uenenum, uocis sunt mediæ, id est, quibus significatur & salutaris & mortifera medicina: sed hoc loco mortiferarũ exẽpla statim subiecit.

Ergo

Ergo cæteri omnes mortales, ratione in consilium adhibita, illud euidens esse censebant: vt extrinsecus exulcerationũ formæ variæ, varia tumorum genera existebant, inflammationis, œdematis, erysipelatis aut scirrhi specie, sic & in intestinis partibus, quæ principales sunt, posse totidem affectiones fuisse. Solis illis occæcata erat ratio, qui ab Hippocratis doctrina de succis deficientes, quiduis potius quàm succos cauſſari audẽt. In quibus tamen fuêre, qui clàm apud me faterentur, se conſpicere quidem satis, quàm peruicaciter cum Hippocrate agerent, qui succos negarent, nec ad bonam valetudinem, nec ad morbum bene aut malè facere posse: pudere tamẽ, iam exacto quinquagesimo ætatis anno, ad Hippocratem transfugere: ita enim futurum, vt viderentur, non discipulis modò nocuisse, sed & alijs, qui superiori tempore

tempore ipſorum opera vſi eſſent. Quin & vulgò ſe in precio eſſe, propterea quòd vera profiteri crederentur: quæ ſi falſa faterentur, ipſos habitum iri cæteris indoctiores, neq; quenquã, qui ipſis antè vſus eſſet, poſteà vſurum. Atq; his quidem dãda eſt optimo iure venia: neque reprehendendum propoſitum, ſed miſeranda ipſorum eſt infœlicitas, qui prius quàm iudicare poſſent, quid docerentur, in malos magiſtros inciderunt. Sunt autem illi odio digniſsimi, qui per ambitionem decretorum ſectas primi inſtituerunt. Videntur enim ſponte, atque opera data, familiares fallere voluiſſe, non ipſi per imprudentiam, atque inuiti decepti: cùm nemo ita inſenſatus ſit, vt ignoret quantum ſit malum, ſi in medicamentoſas qualitates conuerſi ſint corporis ſucci. Nam & illi ipſi contra quos dicimus, fatentur vel difficilè, vel nullo

modo

modo diſtingui poſſe, qui hauſto veneno perierit, ab eo cuius morbo affectum fuerit corpus. Nec verò negari poteſt, quod euidēter conſpicitur, ſuccorum vi, quos virulentæ beſtiæ morſu iniiciunt, demorſum membrum, breui partim contabeſcere, partim putreſcere, partímq; inflammationes, partim dolores ingentes experiri: ſed nec præſentē eſſe Scorpio perniciem, ſi quis in eum, bis aut ter, ieiunus deſpuat. Nam vt ſunt naturarum quædam inter ſe amicitiæ, ſic & inimicitiæ ac peſtes. Et amicæ quidem naturæ alunt: inimicæ contrà interimunt. Ac de ijs multa diximus, cùm in commētarijs de naturalibus facultatibus, tum de ſimplicibus medicamentis. Ad præſens ſatisfacit eorum expoſitio, quæ ipſi in fame vidimus. Ac ſi mihi credere voles, qui neque mentiendi cauſam vllam habeo, & doleo vehementer, multos eſſe, qui

Rerum occultæquædā proprietates.

ſe, qui in ſuis libris valde mentiãtur: inuocato primùm Deorum immortalium teſtimonio, exponam ea, quæ longa per totam vitam experientia didici. Mihi enim pater fuit, geometriæ, architectu-
Pater Galeni.
ræ, logiſticæ, arithmeticæ, & aſtronomiæ peritiſſimus: & omnibus qui ipſum norant, iuſtitiæ, probitatis, ac temperãtiæ nomine, ſupra omnes philoſophos admirabilis. Hic ergo talis, mihi, puero quidem vitæ rationem temperans, à morbis immunem ſeruauit. Sed cùm iam adoleſcerem, ſeque ille pro ſuo agriculturæ ſtudio, rus recepiſſet: inhærebam equidẽ ſupra † cõdiſcipulos omnes, ijs quæ iam diſcere cœperam, non interdiu tantùm, ſed & noctu. [a] Toto verò quo maturescunt fructus tempore, cùm me fugacibus fructibus cum æqualibus ſaturaſſem, autumno tandem in morbum incidi acutum, vt vena ſecta, ſanguinem fundi

† συμφοιτῶντας legendum, nõ συμφυτῶντας, ut Baſilienſis liber.

Morbus Galeni.

opus fuerit. Tũ reuerſus in vrbẽ pater, obiurgatũ me, antè actæ ſub ſe vitæ rationis admonuit, iuſſitq; vt ad eã reuerterẽ, deſerta æqualiũ intẽperãtia. Quin & ſequenti anno, id ſibi habuit ſtudio, vt meam rationem victus obſeruaret, vtque fugaces fructus, non niſi moderatè attingerem. Agebam tum ætatis annum decimum nonum, quo ſine morbo exacto, eo qui eſt inſequutus, mihi mortuus eſt pater. Ita cùm ad æqualium vitæ rationem rediiſſem, largo fructuum, quos maturitatis tempus ſuppeditat, vſu, in morbum recidi prioris illius haud abſimilem, vt ſanguinem tum quoque fundi oportuerit. Ac deinde, interdum quotannis deinceps laborabam, interdũ ex vnius anni interuallo, ad octauũ vſque & vigeſimum annum: in quo abſceſſus oborto mihi periculo, qua parte cum ſepto tranſuerſo, committituriecur,

ab

ab omni fugacium fructuum genere, me abſtinere decreui: exceptis duntaxat perfectè maturis ficis & vuis, quibus tamen ipſis, contrà quàm antè, non niſi moderatè vterer. Habebã autem in hoc propoſito, & alium quendam ſocium, t me duobus annis maiorem. Ita cùm & exercẽdi corporis animíq; curam haberemus, & bene ſemper cõcoquendi cibi, multos ab eo tempore annos hactenus, immunes à morbis tranſmiſimus. Sed & aliorum amicorum, quicunq; meis verbis adducti ſunt, vt & ſe exercerent, & frugaliter ordinatéque viuerent, omnes video, proſpera valetudine ſemper vſos: alios ab annis viginti quinq;, alios paucioribus quidem, ſed tam tamen multis, vt quiſque tum erat, cùm illi perſuaderem, ſe à fugacibus, aliiſque mali ſucci cibis, de quibus hoc libro diſſerere propoſui, abſtineret.

Lege τὸν ἐμαυτ πρεσβύτερον. aut τῶν ἐμαυτ πρεσβυτέρων, & paulò pòſt, φροντίζοντες.

a Toto uerò quo matureſcunt fructus tempore, cùm me fugacibus fructibus.) ὥρα, ὀπώρα, ὡραῖα, uoces πολύσημοι, id eſt, quæ multa ſignificant: de quibus ualde anxiè à multis diſputatur. Galenus ὥραν à Græcis appellari dixit, illud anni tempus, quo medio Canicula oritur, quadraginta omnino dies durans: & ὡραῖος fructus, nos conuertimus fugaces, omnes ferens. Eſſe autem id illis nomen impoſitum putat, non quòd eorum, in id tempus incidat maturitas, ita enim & fruges cereales, ſub eo comprehenderentur, ſed ut cito corruptibilis eorum natura, certo nomine diſtincta eſſet, ab iis qui in longum tempus reponi poſſunt. Ad hanc rationem optimè quadrat, Latinum fugacium, nomen. In hoc genere acurbitam ponit, acumerem, pepones, melopepones, perſica, præcoda, pruna, mora, cæraſia, & alia multa, quorum etſi quædam in hyemem aſſeruantur, mutari tamen eorũ naturam in contrarium contendit, non ut in cærealibus, talem durare, qualis in æſtate fuerit, adepta primùm perfectione ac maturitate. Id de ficis & uuis quæ paulò pòſt in ὡραίοις recenſet, incommodius uidetur dici poſſe. ὀπώρα ſignificat cùm illud ipſum tempus, quod ὥραν appellari dixi, tum natos in eo fructus, præcipuè ficum & uuam, ſed & omnes tamẽ mollioris corticis, quibus altera ex parte ἀκρόδρυα, quas nuces uocari, quibuſdam placet, reſpondent.

Ergo quibus ante cibos ſe exercere licet,

licet, non tam valde exactam rationem victus requirunt: quibus per negocia id negatur, rationem vitæ illi ſequantur, neceſſe eſt, non tantũ minus obnoxiæ malo,[a] ſed & inuentis ad valetudinem tuendam medicamentis vtantur. Eſt autẽ plebis huiuſmodi ferè conditio, vt neque ſe ante cibum ritè exercendi, neque cibi in tempore ſumendi, neque eius bene cõcoquendi, ſatis magnam habeant facultatem: quare nec fieri poteſt, vt à morbis tuti ſint, niſi alui per interualla ducendi prouidentia, & potẽtioris etiam aliquando purgationis vſu, ſanguinéque miſſo in tempore, & opportuna medicamentorum potione, quæ tuendæ valetudini dicata ſunt. Sed qui vitam quietã delegêre, quique neceſſe non habent, ad principum virorũ ianuas, ante diem ſalutatum ventitare, neque cum in opere neceſſario ſudarunt, refrigeſcere, † neque

Quid in uitæ libertate, & quid in negocijs.

† Lege, μὴ πλουτέουσι τισὶ

παρεσάναι, non λεγόμενοι.

que alijs inter lauandum aßiſtere, aut eos domum reducere, actum demum magna feſtinatione, perfunctoriéque ipſi loti, ad cœnam properare: illi, in quã, ſunt, quibus primis, rationem victus præſcribam, quæ ſanguinem ipſis quàm optimũ faciat. Deinde conabor & cæteris præcepta dare, quorum eſt negocijs ſuis impedita vita: erítque mihi neceſſe, in hoc toto ſermone, memoriam eorum refricare, quæ ſunt in tribus libris, de facultatibus alimentorum conſcripta.

a Sed & inuentis ad ualetudinem tuendam medicamentis utantur.) Græci ſignificantius & breuius omnia: Latini quibus hæc ars non fuit magno ſtudio, uoces claras, proprias, & pro rerum uaria natura diſtinctas deſiderant. illi appellant ὑγιεινὰ φάρμακα, quorum uſus in bona ualetudine tuenda, contra imminentium morborũ iniurias, quod genus multa commemorantur, in libris de tuenda ualetudine: ut oxymeli, dioſpolitiam, diatrium peperecon, diacalaminthes: & alia multa concoquendi, attenuandi, abſtergendi ui pollentia. Addo etiam eccoprotica quædam, ad uentrem leniter mouendum: ut eſt diacenicon, hiera

hiera picra, dialoes, filiala, urticæ ſemẽ, & alia quæ breuitatis ſtudio prætermittimus, pauas exemplis, ad rem qualis ſit oſtendendam, contenti. Sunt enim, inquam, ὑγιεινὰ φάρμακα leuiores & infirmiores mediánæ, quibus labantem ualetudinem fulamus & ſuſtentamus: nam quæ iam collapſa eſt, mediánæ uim requirit maiorem, quàm in bona ualetudine nemo impunè experiretur. Id genus eſt de quo Hippocrates diœbat: Ab hominibus ſanis, difficile medicinam ferri. Nempe ueratrum, ſcammonium, ſyluatica cucurbita, peplion, & quædam ex ijs compoſita, grauiora ſunt, quàm ut temerè attingi debeant. Noſtri interpretes ὑγιεινὰ φάρμακα conuerterunt in ſalubria medicamenta, neque reprehendo, ſed metuebam, ne cui uideretur ea uox, rei naturam, non ſatis clarè & diſtinctè expliçare.

DE PANE, ALICA, SVILla carne, & alijs quibuſdã boni, ſed craſſi & glutinoſi ſucci.

In frumentaceo ergo genere, boni ſucci cibus eſt, panis, ſi quidem purus eſt, & bene confectus, ſiue aſſationem in libano, id eſt textu, ſiue quæ hanc præcedit ſubactionem, ſiue fermenti ac ſalis mediocrem admixtionem, ſpectes: hos

cùm præterieris, alter bonitatis gradus furnaceis debetur.

Maſſam ex optimæ notæ frumento, diu multúmq; ſubigi oportet, & calore temperato ſic coqui, ut nec teſtæ in morem, cruſtam duret, uis eius maior, nec incoctum & udũ, minor relinquat. Salis & fermenti, ſuus aique palato modus: tantum enim eorum miſceri oportet, quantum plurimum ſalua boni ſaporis gratia, quiſque ferre poteſt.

Alica. Suilla caro.

Eſt autem in ijs quæ ſunt optimi ſuci, & chondrus, id eſt, alica, & ſuilla caro, ſi quidem & ea ventriculus perfectè coquat, & ex ijs iecur ſanguinem faciat.

Glutinoſis adiuncta peria la.

Sed habent glutinoſum certè aliquid, quo promptius iecur & renes obſtruũt, eorum quibus anguſtæ natura ſunt in ipſis viæ. Itaque frequentatus eorum vſus, ponderis ſenſum in dictis partibus relinquit: ac dolorem etiam nonnunquã. Iecoris autem obſtructiones, inſequitur, vt & cibus prohibeatur, quo minus digeratur in corpus, & iuſto maior humorum vis, in meſaræi ſimarúmque iecoris

partium

partium venis, colligatur: quam rem nouum rursus excipit periculum, ne vel partes in quibus collecti sunt, inflammatio, vel ipsos humores superuacaneos, putredo prehendat. Crudos enim crassósque humores, de duobus alterum sequatur necesse est, vt aut in sanguinem excoquãtur, aut sic putrescant, vt cætera omnia, quæ locis calidis diutius immorãtur. Ea causa est, cur à medicis inuenta sint medicamenta tuendæ valetudinis, ὑγιεινὰ Græcè appellant, quibus est omnibus attenuandi vis. Est enim eorum officium, tum angustas vias expeditas tenere, tum abradere, si quid glutinosum, succi allinunt vasis, tum succos crassiores tenuare & incidere. Sed eorum tamen vsus frequentior, procedente tempore, sanguinem fero, aut amara, aut atra bile viciat: nam id genus medicamẽtis fermè omnibus præter attenuãdi &

Id in biliosis facile usu uenit: nã pituitosismi nus præsens est periculum.

di & incidendi, immoderatius quoque calfaciendi vis eſt: caloris autem hæc vis immodica, ſolidas deſiccat partes, ſuccos ſpiſſat, ideóque in renibus calloſos durat lapides. Ergo *cùm præſtantiſsimus ſit ille corporis ſtatus, qui eſt idem optimè temperatus, quíque ſuccorum amplas habet vias, fieri profectò poteſt, vt integra valetudine ſemper fruatur, cui beneficio naturæ id contigit, ante cibum ſe ſatis modò exerceat,* [a] *etiam ſi quando frequentet craſſi ſucci cibos, qualem eſſe diximus, tum alicam, tum carnem ſuillam, tum furnarios panes, atq; etiam textuaceos, in quibus parandis, non adeò exactè ſint ea ſeruata, quæ antè præcepimus, quíque ſint ſub textu, intra modum cocti.* Alicæ *naturam habet & qui* [b] *tragus vocatur, in frumentaceo & ipſe genere: ſed ventriculi tamen concoctioni reſiſtit obſtinatius.* Horum aſ-

Optimus corporis ſtatus.

Tragus.

ſimilis

similis vis est, & ouorum naturæ, [c] *quæ perinde atque lac, distinctiones multas requirit, de quibus omnibus dicetur accuratius procedente sermone. Nam antè quàm eò aggredior, volo, sicuti horum mentionem feci, quandam velut figuram describens, ciborum, qui boni quidem, sed* [d] *crassi, & glutinosi succi essent, sic & eorum facere, qui se mediocriter habēt, quorum est natura in medio posita: eorum qui crassos, inquā, quiq; tenues succos faciunt, de quibus est à nobis alibi disputatum, vno libro quem fecimus de attenuante victu. Enimuerò vt bonam istorum partem, medicamenta quis dixerit iustius, quàm alimenta, sic & quicquid crassum ac glutinosum succum gignit, cibus est, & quidem plurimum alens: &, si bene coctus fuerit tum in ventriculo, tum in iecore, bonum sanguinem gignens.*

Ous.

d Etiamsi

a Etiamſi quando frequentet.) Impreſſerunt Græcè, ἐὰν ὃ πλεονάζῃ ποτὲ ἡ τὰ παχύχυμα σὺν ἐλεσμάτῳ, id eſſet: Si quando uerò frequentat craſsi ſuci: abos: perinde ac ſi non continuarentur hæc cum ſuperioribus, ſed nouam inchoarent ſententiam: quæ ſententia quoniam penderet imperfecta, nos paucis mutatis, hoc modo correximus, ἐὰν ἡ πλεονάζῃ ποτε, & cætera. Nos rectè feciſſe, intelligi poteſt ex eo quod paulò pòſt ſequitur: Homines ergo ciuilibus negocijs non impliciti, & cætera.

b Et qui tragus uocatur.) Ex decorticata olyra generoſißima, fit tragus, & ex hordeo ptiſſana, & alica ex tritico & zea: ſũt enim hæc artis nõ naturæ.

c Quæ perinde atque lac, diſtinctiones multas requirit.) Verbis Græcis aliqua ſubeſt ambiguitas: nam ijs, præter id quod dixi, illud etiam ſignificari poteſt, lacti naturam eſſe tragi & ouis ſimilem, boni ſuci, ſed craſsi & glutinoſi: neque mihi quicquã ſuccurrit, aut non id probabiliter dicatur, præſertim ſi diſcrimina, quod poſtea faciet, in generibus ponamus. Profectò enim uaccinum lac pingue ac glutinoſum eſt, & ouillũ craſſum, & tamen boni ſuci, omne lac. Quare neminem prohibebo, quin hanc ſequatur ſententiam, neque alteram huic antepono, ſed cum non poſſem utranque, illam in contextu propterea poſui, quòd locum in promptu non haberem, ubi claris & expreſsis uerbis, ſolum ac per ſe lac craſsi & glutinoſi ſuci diceret, cùm ſint non pauci in quibus, certis

tis generibus tenuitatem tribuit. Græca ſi quis fortè requiret, ſic habent: παραπλησίαν ὐ τούτοις δύναμιν ἔχει, καὶ ἡ τῶν ὠῶν φύσις, ἀλλὰ διωρισμένων πολλῶν διαφόρων καὶ τὸ γάλα. *quæ ita conuerti poſſunt: His aſsimilem uim habet, & ouorum natura, ſed multas diſtinctiones requirit, ſicut & lac.*

d *Quandam uelut figuram deſcribens, ciborum qui boni quidem, ſed craſſi & glutinoſi ſucci eſſent.) Auſus ſum hoc loco caſtigare Græcam ſcripturam: erat enim uicioſa, ſuppoſito* κακοχύμων *pro* παχυχύμων. *Sic enim legitur,* τὸν ὅλον τύπον ὑπογράφων τῶν ἐυχύμων τε καὶ κακοχύμων ἅμα γλιχρότητα τροφῶν, *id eſt, quandam uelut figuram deſcribens, ciborum boni ſimul & mali, & glutinoſi ſuci. Nemo me inſimulabit temeritatis, qui poſito affectu, rem cum æquitate & ratione æſtimabit. Eſto enim illa uera. Quæro primũ, ſi* ἐυχύμων τε & κακοχύμων *coniunctim legamus, & de ijſdem accipiamus dictum, quomodo non magna erit abſurditas, eoſdem cibos boni & mali ſuci eſſe? Neque enim hîc apertum eſſe poteſt ſubterfugium illud, quod ab ipſo Galeno oſtenſum dicunt: de eadem re ſine incommodo dici, non diuerſa tantùm, ſed & contraria. Aut oſtendant, in his de quibus hactenus egit, uni atq; eidẽ rei id attributum. Quod ſi ſeparatim eſſe poſita, & de diuerſis intelligenda placet, cedo ubi ille hactenus, uel literam unam ſcripſit de mali ſucci cibis? non*

enim

enim adeò multa recenſuit, ut eorum difficilis ſit enumeratio. Ad hunc uſque locum panem inuenio, alicam, ſuillam carnem, tragum, ouа, lac, ſi placet: nam ſi quod aliud nomen in præfatione eſt, nihil ad rem. Quodnã ergo de his omnibus, uis eſſe mali ſuca? Ipſe enim ærtè quidem, & alij omnes, in optimi ſucci cibis habẽt alicam, & ſuillam carnem: neque in ijs aliud reprehendunt, niſi quòd craſſus eſt ille eorum ſucus, & glutinis more tenax. Et quoniam eandem naturam tribuit trago & ouis, eadem etiam de ijs intelligi oportet. Panem uerò, diligenter ac legitimè piſtum, fermentatum, ſalitum, coctum, ab hoc etiam uicio immunem fãat, cui eſſet & ipſe obnoxius, ſi quid negligentius feceris, aut omiſeris, quod adeſſe oportuit. Ita uides hactenus omnia, boni quidem ſucci eſſe, ſed in ijs tamen quædam craßi & glutinoſi, eáque eſſe quorum feãt modò mentionem, alicam, ſuillam carnẽ, tragum, ouа, furnarios aut clibanitas panes negligenter factos. In his typum quendam habes, aborum boni ſimul & craßi & glutinoſi ſuci. Nunc expecta mediorũ, in quibus, ſuccus bonus ille quidem, non tamẽ uel craſſus uel tenuis, & ſcripturam depraua-tam nobiſcum corrige ad hunc modum, τὸν ὅλον τύπον ὑπογράφων ἐν εὐχύμων τε καὶ ἀχυχύμων ἅμα γλισχρότητι τροφῶν. Poteram alias rationes & teſtimonia citare, ſed metuebam reprehenſionem prolixitatis: & ni non erunt hæc ſatis, nihil unquam erit.

DE

DE MEDIAE MATERIAE CIBIS.

Scire tamen licet, illos esse cibos, de quibus minimè queri licet, qui in medio sunt eorum, qui crassos, quique tenues succos faciunt: quippe qui mediocritatẽ quandam tenuerint, & in medio constiterint, ab vltimo vtrinque recessu ex æquo remoti. Tales sunt optimi panes, qui quemadmodum parari debeãt, multis diximus, libro primo de alimentorũ facultatibus: & gallinarum ad hæc, gallorúmque carnes, & gallinaceorum, & phasianorum, & perdicum, & columbarum, & atagenum, & turturum, & turdorum, & merularum, & passerculorum, & omnis generis auicularum. pisciúmque insuper, saxatilium, littoralium, pelagiorum, item gobij, murenæ, bugloſſa, asellus: breuiter omnes pisces in quibus edendis, nihil neque glutinosum, Cibi mediæ materiæ.

ſum, neque fœtidum aut inſuaue ſentitur. Sed ad eorum naturam cognoſcendam, multa diſtinctè dici oportet, quod eo loco poſtea faciemus, in quo dicemus de mali ſucci cibis: nũc enim reliqua adijcere volo. Homines ergo ciuilibus negocijs non impliciti, quibus & ſe multũ exercere licet, & quantum ſat eſſe videbitur, dormire, craſſi glutinoſique ſucci cibos, eſſe poſſunt: maximè ſi nulla vnquam eorum copia fecit, vt dexteram præcordiorum partem, vel grauem ſentirent, vel tenſam. Qui per ætatem, aut conſuetudinem, ſe ante cibos exercere non poſſunt, illi ſe ab huiuſmodi cibis omnibus abſtineant. Sed neque ad eos adeant,[a] qui totam vitam in ocio viuũt, & pro vehementioribus exercitationibus, penſiles lectulos in vſu habeant, ac deambulationes. Nulla enim bonæ va-

Moderata

letudinis maior peſtis eſt, quàm ſi corpus

pus ex toto in quiete habeatur: neq; auxilium maius moderato eius motu. neq; morbum omnino vllum sentiet, qui prouidebit, vt neque in cruditatem vnquã incidat, neque à cibis moueatur vehementiori vllo motu. Nam vt ante cibos exerceri, ad valetudinem tuendam optimum est: sic pessima omnis à cibis motio. Ita enim è ventre, in corpus distrahitur cibus, antè quàm coctus fuerit: ex quo crudorum humorum magna vis, in venis colligitur, quæ omne genus morborũ parit, nisi quis maturè antcuertat, vel multo labore ipsos dissipans, vel iecoris ac venarum facultate concoquens, atq; in sanguinem mutans. Itaque qui sanitate sola contenti, bonam illam corporis habitudinem, quam gymnasticis esse studio videmus, non quærunt, securissimè illi facient, si [b] crassi glutinosiq; succi cibis parcãt aut abstineãt. Quocirca crassi

exercitatio quantũ possit.

ſucci cibos deinceps recenſere pergam, eos de quibus nihil eſt hactenus dictũ, repetito à panibus exordio.

a Sed neque ad eos adeant, qui totam uitam in odo uiuunt.) πελέως δὲ ἄρτοι μιᾶ ἀυτοὶ ὠφρι-γλυέσθωσαν ἐπὶ τὰς τοιαύτας τροφάς. lego ἄρ-γροὶ, id eſt, odoſtinam ἄρτοι quo panes ſignificantur, non uideo, quid hoc loco faciat. Legi etiam aliubi ἀσοὶ, id eſt, aues. & certè plerique aues uitam uiuunt parùm exercitatam: ſed ἄργροὶ magis placuit, quia ſententiam pleniorem, & latius patentem facit: quæ aut diminuatur obſecro, aut contrahatur?

b Itaque qui ſola ſanitate contenti, bonam illam corporis habitudinem, & cæt.) In eundem lapidem iterum impegerunt, κακοχύμων pro παχυχύμων ſcribentes: aliis rei neceſſarias probationes, ne quis dubitet, adferam. Ponamus igitur ante oculos, ut clariora ſint omnia, id quod illi ſequuti ſunt: ἀσφαλέ-ſατον οὖν φείδεσθαι τῆς κακοχύμων τε καὶ γλί-χρων ἐδέσμάτων, ὅσοις γε μόνοις ὑγείας ὅρὶν ἡ φροντὶς ἦν εὐεξίας σώματος, ὁποῖαν δὶ γυμνα-σικοὶ ποιοῦσιν. Ergo ſecuriſſimum eſt, mali & glutinoſi ſucci cibis abſtinere, aut parcè uti, illis præſertim ſolis qui ſanitate contenti, bonam corporis habitudinem non quærunt, qualem uidemus gymnaſticis eſſe ſtudio. Primum enim hæc ſententia, concæditur, mali glutinoſiq; ſucci ciborum uſus, ad corporis robur

robur, quo nihil potest, nec cum rei natura, nec cum Galeni sensu magis pugnans dici. Qui poterit enim malus succus, per quem ne sanis quidem esse licet, robustos facere? Nã si εὐεξία illa, in qua naturæ robur intelligimus, ad expeditè fungendum officio suo, perfectius quiddam est, quàm simplex ac nuda sanitas, qua fronte contendis ad εὐεξίαν, id est, bonam illam habitudinem facere, quod sanitati obsit, cùm nisi per hanc ad illam perueniat nemo? & cùm illã adipiscatur nemo, qui hac careat? Tu ergo negabis, bonæ ualetudini obesse malos succos? Et quoniam gymnasticorum meminit, quorum omne studium in cõparando corporis robore, age, uideamus quo cibi genere illi uterẽtur. Certè suilla & graui nec bene fermentato pane, & cæteris id genus: sic enim accipimus. Quare qui eorum morem & exemplum sequetur, cibum edet, non mali, sed crassi & glutinosi succi, quod genus illis in usu erat, & in quod optimo iure, alimenti nomen competit, quoniam ut ab attenuantibus & abstergentibus minimum alimenti percipit corpus: sic à crassis ac lentis plurimum & durabilissimum. nam nec crassa facile consumuntur, & tenaciter hærent lenta. Ita rei natura crassum & lẽtum, non malum & lentum postulat. Sed ipse author nónne contrà sentit? minimè uerò: nam & antè dixit, crassum & glutinosum sucum, plurimo & bono sanguine alere, si in uentre & iecore bene coctus fuerit. & pòst repetit, id quod iam dixerat, crassis suc

cis fieri corpus, ægrè perſpirabile, & renum ac ieco-ris regione impedirum, ideóque eſſe abſtinendum à iugi eorum uſu, etiamſi ſint alioqui boni: malos uerò ſuccos, quouis modo eſſe fugiendos, ſiue craſſi ſiue tenues ſint. Audis ſine exceptione, omnibus interdici *mali ſucci uſu, qualiſcũq; tandẽ ille ſit. Siccine igitur ille erit oblitus ſui, ut quod aliquibus nunc conceſſerit, paulò pòſt, idẽ omnibus neget? Quid quod ipſa concluſio oſtẽdit παχυχύμων non κακοχύμων legendum. Quocirca, inquit, craſſi ſucci cibos, deinceps reœnſere pergam.* Nempe *quoniam intereſt eorum, qui ſola ſanitate cõtenti ſunt, ut craſſis & glutinoſis ſuccis parcant, faciam, inquit, ut reliquos, de quibus nihil hactenus dixi, cognoſcant: quod erit etiam illis utile, qui robur & bonam habitudinem quærunt, eſt enim eorum firmiſſima materia.* Ergo *cognoſcent utrique, ſed cognitos, illi fugient, hi ſequentur. Tu cogita, ſi malũ pro craſſo ponas, quàm apta futura ſit, hæc cõcluſio. Nolui ex alijs libris acerſere teſtimonia, quod mihi fuiſſet perfacile: hæc enim iudico ſatis grauia, & de cauſa & doctorum intelligentia ualdè confido. Qui librum ſuum caſtigare uolet, reponet παχυχύμων pro κακοχύμων, & μόνης pro μόνοις.*

DE CRASSIS *ſuccis iterum.*

Ergo qui panes, nec fermenti nec ſalis ſatis habuêre, nec in facienda maſſa valde

valde multũ pisti sunt, nec in textu probè tosti, crassus omnino est eorum succus,[a] & aliqua etiam ex parte glutinosus, vt Praxagoras & Philotimus appellare consuerunt, Græcè κολλώδης.

a Et aliqua etiam ex parte glutinosus.) μετὰ τοῦ καὶ γλισχρότητος ὀλίγον μετέχειν : video esse qui legerint, οὐκ ὀλίγον, ut sit, non parua ex parte glutinosus. Sed nolui quicquam mutare, quia scio Galenum dixisse, Athletæ panem conuenire, qui nec bene tostus, nec satis fermentatus sit, quo si quis uteretur de uulgo, crassum & frigidum humorem accumulari, qualis de more crudus appellatur. Eßéque eum humorem crudum, crassamento & colore simílem puri, quod in urinis subsidere uidemus, non tamẽ ut illud pus, sic & hunc succum crassum, grauiter olere, & uiscosum esse. Ergo iuxta Galenum, ualde glutinosus esse non potest hic panis.

Caseus.

Crassus est, & omnium caseorum, ac malus quoque, si sunt inueterati: nam nouelli eo vicio carent. Non tamen vt crassi, sic & glutinosi sunt omnes casei, sed eorum tantùm aliqui, ita ferente lactis è quo fiunt natura, cuius sunt differentiæ

Lactis differentiæ.

rentiæ non paucæ, tum pro animantium generibus, tum pro cibis, quos alijs in locis alios edunt. Atque vt vaccino in alijs gentibus, ſic caprino apud nos vtuntur plurimùm: eſt & ouilli non infrequens vſus; verùm id craſſius, aſinino hac in re quodam modo contrarium. Vaccinũ pingue: caprinum mediocria habet omnia, nam neque valde pingue, neq; craſſum: ideóque inter alia genera medium eſt, rerum efficientia, quas in humano corpore facit. Nam ſeroſum illud ac tenue lac, ventrem ducit efficacius, quàm corpus nutrit: craſſum contrà, potentius nutrit, quàm ſubducit. Conſtat enim lac omne, ex tribus ſubſtantijs, inter ſe diſſimilibus, vna ſeroſa ac tenui, altera craſſa & caſeoſa, tertia oleoſa & pingui. Nec verò eſt earum in omnibus animalibus par menſura, ſed in camelino atq; aſinino, ſeroſi illius humoris plurimum,

in

in ouillo, caſeoſi: in vaccino, pinguis. In his exceſsibus, mediocritatem inter alia animantium genera, tenuit capra.[a] *Nã ipſæ inter ſe cõparatæ capræ, ſub dictas certè differentias cadunt: cùm nec illa interim parua ſit, quam vel ætas facit, vel paſcua, vel anni tempus, vel eius tẽporis interuallum, quo propius, aut lõgius ab edito partu abſunt. de quibus etiam ipſis multa diximus in tertio de facultatibus alimentorum.*

a *Nam ipſæ inter ſe comparatæ capræ, ſub dictas certè differentias cadunt.*) *Quas cedo differentias? Aliud lac, alio lacte tenuius, craſsius, pinguius: ut in diuerſis animantium ſpeciebus, euidenter appareret. Nam uaccinum pinguius, ouillum craſsius, aſininum tenuius. Caprinum in his medium tenet, ut neque craſsius, neque tenuius, neque pinguius dicã poſsit, ſi quis eam alijs illis animantibus comparet. Nam ipſæ inter ſe capræ, ſi ſingulæ eam ſingulis conferantur, habebunt ſanè, aliæ alijs tenuius, craſsius, pinguius lac. Quæ ratio etiam ualet, in aliarum ſpecierum ſuis quarũq; indiuiduis. Reliquæ differentiæ unde petantur, obſcurum non eſt. Sed hæc, quæ collatis inter ſe, unius ſpeciei indiuiduis oritur, ideo mihi indicanda*

uidebatur, & à quibuſdam ignoratũ animaduerterẽ.

Nunc id dixiſſe ſatis erit, parùm tutò ſumi caprarũ lac, ſine melle, propterea, quòd multis, qui ſolum ipſum bibe-
Lac aut ſanguis concretus.
rint, in ventre coagulatum, mirum quã-topere hominem grauet ac ſuffocet. Atque hoc etiam admirabilius, quòd concreto in grumos ſanguine, ſiue in vulnus is influat, ſiue in ventrem, ſiue in aliquod inteſtinum, vſu venit: nam & exoluuntur, & algeſcunt, cum paruo ac ma-
Pro ἐπιγενομένης, mallem ἐπιθαινομένης
lo pulſu. Quinetiam concretus in vulneribus ſanguis, cauſa eſt, cur oborta putredo, vicinas partes ſanas ſtatim inuadat. Quam igitur ob rem, ſuccus ille, qui eſt nobis omnium accommodatiſſimus, vbi refrixit, tam grauiter nos afficiat, non parua eſt illa profectò quæſtio: ſed ex hoc tamen certè euidenter intelligitur, quantam vim habeant, malorum humorum qualitates, quas veluti rem aliquam

quam leuem, medici quidam contemnũt, eos, qui ſe ita ſentire, primi finxêre, ſequuti. Lac ergo à quibuſdam bibitur, iniecto, ne in caſeum cogatur, melle, & aqua, & tertio loco, ſale. Eſt autem ad faciendam ſucci bonitatem, præſtantiſſimum, bene habitorum animalium lac, ſi quis ſtatim vt emulctum eſt, bibat. Sed quod multùm diúque eſt elixum, id craſſum valde ſuccum facit, maximè ſi cum farina triticea elixes, aut cum milio, aut cum amylo. E caſeis omnibus, craſſus eſt ſuccus, inſupérque è vetuſtis malus: recens autem coactos, prima menſa, ad aluum ducendum eſſe licet, cum melle, nam & minus craſſus eſt eorum, quàm veterum ſuccus, & nullo pacto malus. Lac optimum. Caſeus.

Serum verò illud, quod ex ipſis dum concreſcunt ac premuntur, defluit, ſatis efficaciter aluum ducit. Placenta quoque quam quis è lacte aut caſeo facit, craſſi Serum. Placentæ.

craſsi ſucci eſt cibus, ac proinde vias in iecore obſtruit: neque diſsimilis eſt, ex ſemila & lacte, aut quæ aliquid recipit ex ijs, quæ lagana & rhyemata vocant. [a] Nec minus eſt in ijs craſſus ſuccus, quæ parantur ex ſemila & muſto, in totúmque ex triticea farina. Quin & ipſa per ſe lagana ac rhyemata, omnéque ex tritico piſtorium, ſine fermento opus, præcipuéque addito caſeo, valde craſsi eſt ſucci. Videntur autem mihi, quæ nos lagana & rhyemata, veteres cõmuni itriorum nomine appellare.

a Nec minus eſt in ijs craſſus ſũccus.) Hìc tertius eſt locus, in quem irrepſerant κακόχυμα pro παχυχύμοις. Sed nos motis malis ſuccis, ſimul craſſos in ſuum locum reſtituimus, ſimul placentas à noxæ infamia uindicauimus. Earum enim ſuccus, cætera bonus, uniam id uiaum habet, quòd glutinoſus eſt & craſſus, & uiarum ad iecur & lienem, obturator: quod & in libro primo de alimentorum facultatibus, & hoc ipſo, duobus aut tribus antè uerſibus dictum eſt. Neque ulla fert ratio, ut malus, pro craſſus legatur: nam quî erit harum ſuccus, non minus illarum

larum ſucco malus, quas omnes non malum, ſed craſſum ſucum habere dixerunt? In eodem de alimentis libro, inuenio rhyemata laganis anteponi.

Sunt & cochleæ craſſi ſucci, & quæcunque oua ad perfectam vſque concretionem, vel elixa vel aſſa ſunt: nam quæ in ſartagine friguntur, ſucci etiam vicium contrahunt, & dum coquuntur in ventre, vertuntur in nidorem, & reliquos quoque cibos ſecum corrumpunt, vt inter ea quæ non bene coquũtur, peſſima hæc haberi debeant. Quæ verò mediocriter elixa ſunt, tremula vocant, meliora ſunt profectò, & ad concoquendum, & ad digerendum in corpus, & ad id nutriendum, & ad ſucci bonitatem. Itémq; ſorbilia, mediocriter & ipſa elixa, eóque gutturis aſpritudines lenientia, quòd nondum concretus, coactúſque ſit ipſorum humor. Sed & in aquatilibus animalibus, quæ [a] malacia, id eſt, mollia vocant, loligines, ſepiæ, polypodes,

Cochleæ. Oua.

De aquatilibus.

des, & cætera eius generis, craſſum ac glutinoſum ſuccum habent, ſicut & [b] beluæ marinæ, in quibus thunni: iis autem pelamides moderatiores ſunt.

a Malacia uocant, quæ nec ſquammas, nec aſperam aut teſtaceam cutem habent, ſed humanæ inſtar mollem.

b Beluæ marinæ quæ & cete. Ariſtoteli placuit, ut cete uocaremus, quæ integrum animal parerent: ſed hac lege ſe noluit obligare poſteritas, quæ thunnos ouum parientes inter cete retulit.

Valde craſſus eſt & oſtreorum ſuccus, & buccinorum, & purpurarum, & breuiter omnium quæ Ariſtoteles à teſtacea cute appellauit ὀστρακόδερμα, hiatularum, lopadum, pectinum, pinarum, cæterorúmque ſimilium. Ac purpuræ quidem & buccina carnem habent duriorem, & ſucci craſſioris, cætera humidiorem & glutinoſiorem, atque omnium maximè oſtrea. Sed intelligi debet horum omnium ſuccum ventrem deijcere, non ſecus atque lactis ſerum: ipſum autẽ ſolidum

ſolidum corpus tardius coqui, & craſsius eſſe, ſuccúmq; gignere crudum, craſſum & frigidum. Idem etiam in braſsica, idem in lentibus euidenter cernitur, in aliísque multis, obſcurius, quæ latè perſecutus ſum, in tribus libris quos inſcripſi, de facultatibus alimẽtorum. Atque alia quidem, quæ craſsi ſucci diximus, omnia viſcoſa ſunt & glutinoſa, præter ea quorum eſt teſtacea cutis. In braſsica & lente, non eadem eſt ſucci natura, ſed nitroſus, & qui aluum ſubducat: vt in dracũculo acer & amarus vehementer, in aro vterq; ſed obſcurior, in bulbis auſterus & amarus: quos vbi diu ac ſæpe laueris, reliquum erit ſolidum ipſorum corpus craſsi ſucci. Sed fungi, horum omnium frigidiſsimum & glutinoſiſsimum ſuccum habent, & ſimul craſſum. De quibus ſolos quidem boletos, neminem ſtrangulaſſe, ſed choleram tamen

Quæ craſſa & non uiſcoſa.
Braſsica.
Lens.
Dracunculus.
Arum.
Bulbi.
Fungi.

men quibuſdam attuliſſe, cruditatis vicio, traditum eſt: aliorum verò vſu, quoſdam mortuos, quoſdam diarrhœis & choleris correptos, aut de ſuffocatione periclitatos, nõ procul à morte abfuiſſe.

Tuber. Quod tuber vocant, ſuccum habet illud quidem craßiuſculũ, non tamen malum.

Amylum. In amylo, eadem etiam ſucci ſpecies. His craßior, nec ipſe mali ſucci,

Nucleus pini. nucleus pineus, id eſt, ὁ κῶν ϑ, quem veteres etiam ſtrobilum dixêre. In craſſis ſuccis ſunt & iecur, & renes, & teſtes: ſed iccoris quidem malus non eſt

Iecur. Renes. Teſtes. ſuccus. Renum ac teſtium non bonus, niſi in gallinaceis præſertim altilibus, & in porcorum caricis paſtorũ iecore, quod

Lienis. ideo σπληνῶδες, quaſi ficatum vocant. Lienis, in cæteris quidem animantibus, malus eſt valde, ac melancholicus ſuccus, in

Cor. ſuibus verò minus eius vicij. Cor enim certè ſubſtantiam habet alijs viſceribus duriorem,

durioreꝫ, fibríſque pleniorẽ. In illis enim inter vaſa, ſubſtantia quædam videtur, cõcreti ſanguinis. In corde, fibræ ſolidæ, multæ, longæ, non aliter quàm in muſculis, quas circum carnoſa ſubſtantia concreuit. Ea cauſa fuit, cur in genere muſculorum à quibuſdã reponeretur: è quibus muſculis, tota corporis moles conſurgit, & quæ [a] *propriè appellatur caro, illa quæ in ſacris victimis editur.*

Lege ἃις περιπέπτηγεν ἡ σαρκώδης οὐσία.

a Et quæ propriè appellatur caro.) Quo pacto propria eſt, hæc carnis appellatio? cùm caro propriè id ſit, quod ex ſanguine accreſcit, ligamentorum & neruorum tenuiſſimis fibris, in totum muſculum diſperſis: ut unus è tribus conſtet muſculus, iam exemptis uenis & arterijs, hac carne, & illis ligamentorum neruorúmque fibris. Appellat uulgus, fatẽor, carnem, cùm muſculum ipſum totum, tum præcipuè eius medium, in quo ueræ huius carnis plus eſt: ſed nónne hallucinatur? negari non poteſt. Et qualis igitur eſt hæc proprietas, in multis? Diuino mendũ irrepſiſſe, per notariorum inſcitiam, aut oſcitantiam, κυρίως pro κοινῶς ſcribentium. Quod ſi placet, erit, quæ uulgò appellatur caro, nec ullus relinquetur ſcrupus. Hoc in præſentia mihi ueniebat in mentẽ: qui proba-

probabilius habebit, facile illi auſcultabo.

Partes muſculorum. Sed muſculorum principia, quæ capita vocant, aliquo certè modo neruoſiora ſunt, & ab oſſibus, vnde originẽ ducunt, enata ligamenta in ſe diſperſa habent. Ab extremo tendones prodeunt: idcóque vtrunque muſculorum extremum neruoſius, medium, totum carnoſum, plurimùm alit, & caro ab hominibus appellatur, ligamentorum neruorúmq; fibras, in ipſam diſperſas, non videntibus præ tenuitate. Itaque cùm illud carnẽ iam antè appellare cœperint, non abſque ratione faciunt, quòd muſculum appellant, ſolum ipſius principium, ac finem: etſi aliter res habet profectó. Nam muſculus ipſe totus cõſpicitur ſua quadam circunſcriptione, ab alijs ſeparatus, ac ſuam quandam actionem habet, vnam ex motionibus voluntarijs: ita enim appellánt eas, vt ab illis diſcernantur,

nantur, quarum ciendarum, non in nostra volũtate, sed in natura, facultas est: partes autem ipsius, quemadmodum differant, diximus. In animantium extremis partibus, carnis minimum, ossea ac neruosa ꝑmulta: non quidẽ [a] nerui ratione, quem pro arbitrio mouemus, eius enim paululũ est, sed colligatoris nerui, & præter eũ tendonis, quem Græci, veteres quidem τένοντα, recentiores verò ἀπονεύρωσιν, quia in neruum tenuetur musculus, appellãt. Hæc vbi elixa sunt, viscosa sunt valde, & glutinosa, ideóque & alimentum ex ijs tractum. Extrema animantium

a Neruorum tria genera. Ligamenta, tendones, & quorum proprium id nomen est, qui ex cerebro & spinali medulla orti sensum & motum in totum corpus deriuant.

Eadem natura est in pedestribus animalibus, labrorũ, & vicinarum ijs partium: glutinosum enim, non tamen crassum succũ faciunt, id quod elixatio ostẽdit Labra.

dit, ſub qua, talia corpora plurimum intumeſcunt, ac diſſoluuntur. Sunt autem & hæc ad coctionem accommodata, & auium alæ, communi illa ratione, corporum quæ exercentur. Nam vt ſuperuacaneis excrementis abundant, quæ in ocio & quiete habentur: ſic hæc vacant. Iam pinguium porcorum cutis, bellè elixa, glutinoſi illa quidem, pinguíſq; ſucci eſt, non tamen valde craſſi, ſed neque ita boni, aut æquè facilis concoctionis, atq; illa extrema ſunt: plus enim ſuperuacanei excremẽti habet. Craſſa etiam eſt animalis pars cerebrum, & ſpinalis medulla. Sed glandulæ mediocriter ſe in hoc habent: ac proinde & [a] iuniorum porcellorum teſtes. Id enim de omnibus animalium partibus in commune meminiſſe oportet, in prouectioribus ætate, duras eas eſſe, ſiccas, coctu difficiles: in iuuenculis contrà, vdas, molles, eóque

Auium alæ.

Catholicum præceptũ de partib. exercitatis.

Suilla cutis.

Cerebrum.

Spinæ medulla.

Glandulæ.

Teſtes.

Differentia animaliũ ab ætate.

ad

ad concoquendum faciliores, niſi ſi quis à partu ſtatim edit, cùm muccoſa ſunt omnia, præcipuè quorum caro, natura eſt humidior, quod genus agnorum & porcellorum. Nam hœdorum ac vitulorum, quoniam hæc ſunt natura ſicciori, longè præſtat tum cõcoquendi, tum nutriendi bonitate.

Agni. Porælli. Hœdi. Vituli.

a Et iuniorum porœllorum teſtes.) οἱ τῶν νέων ἱερείων ὄρχεις. Nam etſi in genere τὸ ἱερεῖον dicitur de quauis uictima, ut nos antè interpretati ſumus, hoc tamen loco, de porœllo intœlligendum, quale eſt illud lib. vij. meth. Δέρας δ' ἀρκεῖ πρόβατον μὴ ἔλαττον ἑξαμήνου, ἐλάφου δὲ τριετοῦς ἢ διετοῦς ἀπὸ δυσμικῆς ἡλίου. neq; nouum eſt, ſpeciale quid, uocabulo generis appellari.

Sic ergo habet, & in teſtibus, & in glandulis, neque his minus in lingua, cuius eſt & ipſius glanduloſa quodam modo natura: mammarum verò glandulæ, ſi quidem lacte refertæ ſunt, Græcè appellantur οὖδατα: cibus autem craſſi ſucci eſt, & ſi bene habitum eſt animal, multo ac bono ſucco alit. Hoc etenim

Lingua.

quod de communibus etiam vnum eſt, ſemel auditum [ſemper] in præſenti & expromptamemoria, haberi præſtat. Nã ab omnibus medicis de lacte conſcriptũ video, optimi id eſſe ſucci, multíſq; propterea videri, vnicum illud remedium eſſe, eorum quorum in pulmonibus ſit vlcus, vtique nec magnum, nec calloſum. Muliebre autem lac, vt nobis accommodatum, & eiuſdẽ nobiſcum naturæ, præ cæteris ad tabifcas adfectiones laudãt, cùm alij quidam medici, tum præcipuè Euryphon & Herodotus, éque muliebri mamma, infantium ritu, ſugendum ab ijs, qui ita affecti ſunt, præcipiunt. Vt enim mammis excidit, ſuæ bonitatis aliquam iacturam ſtatim facere: ita clarum eſt, omnibus cibis, id bonitate ſucci præferri, ab his quidem maximè, ab alijs verò non minimé. Sed dicendum eſt, quid illud ſit, quod in commune cognoſci oportet

Lac phthiſias utile.

In bene habitis omnia optima.

oportet, nõ in his tãtũ, ſed & alijs multis cibis. [a] *Bene habiti animalis, boni ſucci lac eſſe, malè affecti, proſanguinis vicioſi ratione, ipſum quoque lac, ſucci eſſe vicioſi: neq; enim fieri poteſt, vt toto corpore mali ſucci pleno, bon⁹ ſit lactis in ipſo ſuccus.*

a Bene habiti animalis, boni ſucci lac eſſe.) τὰ εὐεκλικὰ ἢ τὰ καχεκλικὰ, *quibus uocabus hic utitur, ipſe paulò pòſt uidetur expoſuiſſe,* τῶν εὐχυμωρ ἢ καὶ κακοχύμωρ *appellatione. Et certè quidem ne æſſe eſt,* τῶν εὐεκλικῶρ *bonũ eſſe ſanguinẽ, &* τ καχεκλικῶρ *malũ: non tamen id ſatis, ſed adiũctum eſſe oportet, illis robur uirium, his infirmitatẽ.*

Quocirca vt bene habiti animalis lac, optimum eſſe ad faciendam ſucci bonitatem dixi: ſic & glandulas dico, in ſanis animalibus boni eſſe ſucci, tum eas quibus lac comprehẽditur, tum quæ in alijs ſunt partibus. Eſtque & iecoris, & teſtium eadem ratio: nam nec illorum bonus eſt ſuccus, in mali ſucci plenis animalibus, ſed nec in ætate prouectis, quorum nullius bonus ſuccus eſt. Quæ verò

adhuc lactent, ſi quidem eorum matres bonum lac habent, ea cùm alias omnes partes ita affectas habent, vt nunquam melius, tum verò iecur boni ſucci. Qualem autem ſuccum gignant cæteræ animalium partes, dicemus paulò pòſt: nunc enim cùm craſſos ſuccos perſequi cœperim, conſentaneum eſt, huius diſputationis antè finem facere, quàm ad aliam aggrediar. Ergo cùm huius generis pauci ſuperſint, ſic ad eos veniam, vt in ijs diſtinguam qui boni, qui mali ſucci. Hic enim eſt huius libelli vſus, hic ſcopus, vt ſuccos bonos quis faciat, malos fugiat.

Catholicum præceptũ de craſsis & glutinoſis cibis, itémque de malis.

Obſtructionibus patet & lien.

Cúmque vt ab initio dixi, craſsi cibi, ſic corpus comparent, vt & ægrè perſpirabile, & obſtructũ, iecoris maximè & renum regione ſiet, conſulebam proinde vt à iugi eorum vſu, etiamſi boni alioqui ſucci eſſent, abſtineretur. Nam quorum eſt malus ſuccus, illi certè quouis modo fugiendi

fugiendi ſunt, ſiue craſſos, ſiue tenues ſuccos faciant. Atq; illud etiam tum diximus, ſolis illis qui ſe vehementer exercerẽt, & in quorum viſceribus fabricandis, non peccaſſet natura, craſſos glutinoſõſque cibos, diu eſſe ſine ſuo incommodo licere, cæterorum autem nemini.

In ijs ergo craſſi ſucci cibis, eſt & glãdium vtrunque genus, quorum alterum robora ferunt, alter eſt palmarum fructus: & has quidem de palmæ nomine palmulas, illas, ſi quidem hominibus iucũdus earũ cibus eſt, caſtaneas, aut neutro genere caſtanea vocant: quanquam ciues, & alij in Aſia [non pauci] ſardianas & leucenas appellant, inuentis à locis nominibus, quæ magnam ipſarum vim proferunt. Ac de his nominibus alterum, vnde tractum ſiet perſpicuum. Leucenis autem à quodam montis Idæ loco nomen eſt, quem multitudinis nu-

Glandes. Caſtaneæ. Palmulæ. Græci uno & eodẽ nomine, appellant arborẽ & fructum φοίνικα: nos arborẽ palmã, fructũ palmulã, uocæ ad diminutionis formam deflexa.

mero ſic appellant, vt Thebæ.[a] Has igitur glandes edunt, vt dixi, homines, aliquando crudas, aliquando aſſas, aut elixas.[b] Aliarũ oblõga eſt figura, palmulis aſſimilis: ſed cibus eſt, porcis quàm hominibus accommodatior: niſi ſi qua ingens penuria vrget, id quod in magna fame vſu venit. Ilicum glandes Græci vocant acylos, fugiendæ ſunt: nam & acerbæ, & duræ ſunt, eóque inſuaues, etiamſi quis elixas ſumat, & ad concoquendũ difficiles, & ſucci craſſi. Clarum autem id eſſe arbitror, adſtringentis ſaporis differentias ſignificari, auſteri & acerbi appellatione, maiori minoríque vi diſtinctas, vt in auſtero remiſſior, in acerbo intenſior ſit, adſtringens qualitas. Sed quanto glandibus illæ ſunt acerbiores, quibus acylis nomẽ, tanto etiam ipſæ glandes, caſtaneis. Adſtringentem enim qualitatem hæ valde infirmam

[a] De caſtaneis intelligendum.

[b] De quernis.

Acyli.

Auſterus et acerbus ſapor ſub uno adſtringentis genere.

infirmã habẽt, ad craſſi ſucci cibos, perinde atque aliæ glandes pertinentes: à quibus tamen hoc differunt, quòd aliũ minus ſtringunt, & facilius concoquuntur, & ſucci vicio in totum carent. Sed tenendus eſt & in his ſcilicet modus, non eo tantùm, quia craſſos faciunt ſuccos, quod quidem eſt illis, cum aliis quæ diximus multis commune, ſed & quia vẽtrem ſtringunt, & inflant, & ægrè cõcoquuntur. Palmarum verò *fructus, quem de nomine arboris, ab omnibus palmulam appellari dixi, ſuccum partim dulcem, partim adſtringentem ſortitus eſt. Inuenio eundem Græcè appellari* φοινικοβάλανον, *compoſito ex palma & glande nomine, non quidem à veteribus, ſed à recentioribus. Nam veteres illi, duabus vocibus appellabant* φοινίκων βαλάνους, *id eſt, palmarum glãdes, non vno, eóque aut ſimplici arboris nomine* φοίνικας Palmulæ.

καζ, id eſt, palmas: aut ex palma & glande compoſito, φοινικοβαλάνους, quaſi dicas palmiglandes. Sed nomina nunc perſequi non propoſui, ocioſorum hominum ſtudium: nec tamen omnium, ſed eorum duntaxat, qui veteri Atticorum lingua vti decreuêre. Atque omnes certè quidem homines, bona valetudine opus habent, facit tamen, vel intemperantia, vel negocia, vel eorum quæ fieri opus eſt, ignoratio, vt non omnes conuenientem victus rationem tenere poßint. Hunc autem librum illis componimus, qui cùm ſalubrem victus rationem intelligere poſſint, in ea etiam ſibi vitam delegêre.

[a] Ergo in acylis quidem & quernis glandibus, & caſtaneis, ipſæ inter ſe ſingulæ arbores, non magnam fructus differentiam faciunt: palmæ verò faciunt profectò, non tacendam. Nam ſi Aegyptiam palmulam, duram, auſteram & ſiccam,

cum

cum pateto cõferas, valde dulci & ſub-adſtringenti, contrariam naturam habere videbuntur. Reliqua turba, medio inter eas loco conſtitit, vt alijs auſteritatis, alijs dulcedinis plus ſit. Succus ipſarum craſſus, iecoris vias facilè impedit. Id enim de craßis ac dulcibus cibis ſcire & meminiſſe licet, ipſorum ſucco iecur ac lienem obſtrui, & ſi quod ſit in ijs viſceribus vel paruum inflammationis principium, illi multum addi, flatúſque & dureſcentes in ſcirrhum affectiones iritari, atque etiam abſceſſuum ortus. Sed hæc remotiora fortè à ſalubri victus ratiõe, cuius hoc libro partẽ exponimus.

Catholicum præceptum de craßis et dulcibus.

a Ergo in acylis quidẽ & quernis glãdibus.) Non ut in palmis, quædã fructũ ualde dulæm ferũt, & aliæ quædam, ualde adſtringentem: ſic & in iliæ aut quercu, aut caſtanea uſu uenit. Harum enim arborum fructus, in una eadémque ſpecie, pro ſingulari ac ſua cuiuſque arboris natura, uires alias cum alijs non mutant, ſed uniuſmodi omnes retinent, paruo intenſionis ac remißionis diſcrimine. Vt in exẽplo, Omnes ilicum

iliam glandes duræ, acerbæ, insuaues, trãsitus tardi, cõcoctionis difficilis, ac succi crassi sunt: neque possis in hoc genere arborem unam aliquam dare, cuius fructus eas proprietates, uel ex toto posuerit, uel aliarũ accessu sic obscurarit, ut non clarè conspici queant. Ita, pro singularum arborum natura, non est hîc in fructibus magnum uirium discrimen, utique si unius eiusdemque speciei fructus inter se conferas, castaneas cum castaneis, & cum glandibus glandes. In palmulis secus habet. Etsi enim palmæ omnes ad unam speciem pertinent, fructibus tamen earum, alijs aliæ uires sunt, pro singulari matris & natalis loci naturâ. Nã Aegyptiæ palmulæ, quæ & Thebaicæ, macræ sunt, exiles, duræ, austeræ siccæ. In Aethiopia quarundam siccitas tanta est, ut frientur, & farinæ modo spissẽtur in panem. Caryotæ & pateti, molles, humidæ, dulces, pingues. Inter hæc ueluti duo extrema reliqua turba est, huc aut illuc inclinans. Xenophon & Herodotus celebrauerunt Babylonias, species & magnitudine admirabili, è quibus uinum, & mel, & obsonium præapuæ dulcedinis, sed graue capiti. Ipsæ pateti adeò multo liquore abundant, ut in matre, se spõte sua rumpant, calatis similes: quæ causa nominis est.

† *Quidam* γλίσχρων *id est, uiscosorũ, uideturq; id non malè aptum esse, ad ea quæ sequũtur.*

Reuertamus igitur eò, & adijciamus quicquid crassorũ † ac dulcium ciborum est. [a] Quidam enim crassi tantũ sunt, vt lens: alij glutinosi, vt malua:

sunt

ſunt quibus vtrunque accidit, qualia ſunt Ariſtotelis ὀστρακόδερμα, id eſt, teſtacea cute intecta, & μαλάκια, id eſt, molli.

a *Quidam enim craſſi tantũ ſunt, ut lens.*) *Guinterius haud ſcio quid ſecutus mali conuertit. Et ærtè lentem mali ac melancholiæ ſuci eſſe, in ſummo mediocrũ omniũ cõſenſu, negari non poteſt. Sed de malis ſucis nõdũ agit Galenus, qui ſe craſſos et dulces perſequuturum, nunc iam dixit: monet tantùm. in quibuſdam ſucum eſſe craſſum, ut in lẽte, dictum & iam antè erat, lentis non glutinoſum, ſed nitroſum eſſe ſucum. in alijs glutinoſum tantùm, ut in malua: in alijs utrunque, ut in teſtaceis. In his tribus eſſe aliquid uituperabile, in illis nihil, quæ neque craſſa, neque uiſcoſa, neque ſupra modum tenuia ſunt. Hæc cùm perpenderemus, non ſtatuebamus nobis ſequendum Guinterium contra Græca libri fidem.*

Eſt autem noſtris corporibus alimẽtum optimum, quod ex ijs capimus, quæ neque craſſa, neq; glutinoſa ſunt, è quibus, mediocri habitu ſanguis gignitur: nam neque vicio caret, qui ſupra modũ tenuis eſt, propterea quòd cùm alimenti non

Quæ optima alimẽta.

non ſatis præbeat, macilenta & infirma reddit corpora. Ergo ad bonam valetudinem optimi ſunt cibi, qui mediam inter eos naturam habent, vt neque viſcoſum, neque glutinoſum illud vehementer in ijs ſuperet, neque ita valde friabile, vt glutinoſi ſucci, ne minimum quidem habeant: eſt enim & id vicioſum. Itaq; panem è panico aut milio confectum qui edit, parum abeſt, quin ſibi videatur, arenam aut cinerem eſſe. Quare ſiue etnos ſiue lecython (pulticulæ illa genera ſunt) ex ipſis facis, addi oportet, quicquid vel pingue vel glutinoſum eſt. Itaque ab hominibus ruſticis illa edi videmus, iniecto ſuillo pingui, & caprino ſepo, & oleo, & vaccino, aut ouillo lacte.

Etnos. *Etnos appello, pulticulam quæ ex de-*

Lecythos. *corticatis & freſis leguminibus fit. Lecython ex molitorũ farina, in aqua cum aliquo pingui decocta. Iã cibos quoſdã,*

ſi per

ſi per ſe intuearis ante conuenientẽ ipſis præparationem, ſiue in elixatione, ſiue in aſſatione, ſiue frigẽdo in ſartagine, ſiue in ſola maceratiõe ea cõſiſtit, duri & terrei videntur: quos ſi vel maceres, vel elixes, molleſcũt: vt in ſeminibus frumẽtaceis, ordeũ & triticũ: in arborũ fructi b°, pinei nuclei. Huc igitur animũ aduertere oportet, nõ modò [a] cũ qd inſuetũ peregrè comedendũ erit, ſed & in ſua cuiuſq; patria, facto antè de cuiuſq; natura periculo, maceratiõe in aqua, eáq; aut ſine elixatione, aut cũ elixatione, & aſſatiõe.

Quẽadmodum de cibis quibuſdã iudicari poßit ante uſum.

Lege ὀρῴμενα, non ὀρῶμεν.

a Cùm quid inſuetum.) Lego enim ἄηθες, non ut impreſſum eſt, ἄηδες, id eſt, inſuaue: agit enim de fuãendo eorũ periculo, quorum naturæ ſumus ignari, non de condimento. Eſtq; catholicum præceptum.

Quæ enim ſemina, quíque fructus intumeſcunt, priſtináq; duritate & ſiccitate ſtatim abiecta, molliora & humidiora fiunt, omnium illa ſunt optima. Deterrima, quæ cùm non intumeſcant, ſuam

ſuam retinent duritatem: nam & ægrè concoquuntur, & terrea eſt ipſorũ ſubſtantia, vt in ſanguinem vix tandem cõuertantur, & vt ad ea conficienda robuſtas vires requirat corpus, tam dum in ventriculo coquuntur, quàm cùm ex ijs in iecore ac venis ſanguis fit, quorum vtroque ſæpe excidunt, in infirmis certè corporibus: quo fit vt talis cibus ſuccum accumulet, quem appellant crudũ, omnis generis morborum parentem. Ergo cùm magna ſit in quoque fructuum genere differentia, quæ comeſurus ſis, vt eorum naturæ certam habeas experientiam, cẽſeo illa antè maceranda, aut interdum etiam elixanda eſſe. Pater certè meus, pro ſua in huiuſmodi rebus diligentia, cùm amygdalas, tum maiores nuces, & minores, quas ponticas & λεπτοκάρυα vocant, ita explorabat: eandémque experiundi rationẽ adhibebat & in[a] oleribus,

& in

& in fabis, & piſis, & cicerculis, & lupinis, & ochris, & dolichis, & reliquis huius farinæ omnibus: quæ cùm antè macerasſet, aut elixasſet, ita demum quantum intumeſcerent, obſeruabat. [b] *Quid enim de ptiſſana dicam? quam vel pueri ſciunt optimam eſſe, ſi citò intumeſcit: malam, ſi longo tempore paululum intumeſcit. Liqueſcit enim prior illa, & in ſuccum, Græci χυλὸν dicunt,* [propè tota] *ſoluitur, poſterior hæc ægrè liquabilis, dura permanet, nec niſi, paululum ſucci reddit.* Ptiſſana.

a Eandémq; experiundi rationem adhibebat, & in oleribus.) Nemo debet moleſtè ferre, ſi à temeritate mutandi manum ſuſtinentes, noſtras coniecturas æſtimandas proponimus. Nobis enim videtur hæc ſcriptura peruerſa & falſa, nam & aliena eſt à natura olerum hæc experiundi ratio: & ipſe poſteà fatetur eam pertinere ad ſemina & fructus qui reponuntur, in longum tempus aſſeruandi. Quare mallem, quod ad τῶν λαχάνων proximè accedit, τῶν βαλάνων legere: ut ſit in glandibus, non in oleribus. Ita enim commutatis aut motis paucalis literis,

nihil nec ineptum, nec abſurdum eſſet.

b Quid enim de ptiſana dicam?) Ptiſſanam hoc modo optimam fieri accepimus. Primæ notæ ordeo in pilam conjecto, dura illa ſua & exterior membrana tundendo detrahitur, deinde aqua optima paululum macerato, iterúmque in pilam conjicito, & manibus aſperum aliquid tenentibus, diu multúmque teritur, dum ſubtiliori & tenaui hærenti membranæ nudatum ac ſpoliatum ſit. Atque ita demum ſic coquitur, ut cùm à principio magno feruore intumuerit, ab eo deinceps lento ac molli igne percoquatur, iniecto ſtatim à principio anetho, & porro modico, ſimulq; oleo, & ubi tumor inflatioq; planè ſubſederit, aceto: iam percocta, antè paulò quàm ſumatur, ſale conſpergitur ſubtiliſſimo. Hæc nobilis illa eſt & nunquam ſatis laudata ueteribus ptiſſana.

ἀτέραμνα Optimi tritici notæ.

Quorundam cerealium ſeminum natura, nullo modo ſub elixatione intumeſcit: veteres quidam Græci, ea vocabant ἀτέραμνα, id eſt, indomita. Hac igitur ratione triticum explorabat pater meus, & farinæ inſuper copia. Vt enim optimum eſt, ita farinæ plurimum reddit: vt peſſimum, ita minimum. Proinde caue aliud agenti animo, quæ dicimus accipias

accipias: communis enim ratio est, omnium seminum, omniúmque fructuum, qui reponi possunt, lõgo tempore, atque experientia, cùm à me tum à patre examinata & dijudicata. Idoneos autem ad reponendum fructus, me appellare liquet, qui antè siccescunt, quàm putruerint. Sunt enim qui id non sustineant, vt mora, & quos pepones vocant, & melopepones, ad hæc persica, & cætera his affinia, quæ antè putrescunt quàm sint siccata. Cucurbitas certè minutatim concisas, non desunt qui siccent [ᵃ sicuti neq; qui ventres] Nec maius argumentum habent, fungum esse malum, quàm quòd non possit siccari. De prunis enim quid attinet dicere? quæ nemo ignorat non Damasci tantùm, aut in Hispania, sed apud nos quoque reponi. Ita pauciſsimi fructus erunt, qui siccari nequeant, si pepones, vt dixi, excipias, & melopepo-

Idonei ad reponendũ fructus.

nes, & armeniaca, & perſica, & quæ Romani vocant præcocia: nam & ſiccati fici perdurant, & cucumeres perinde atque cucurbitæ. Sed & hæc, cùm hyeme vtenda veniunt, idem iudicium ſubeunt: quæ enim aquam citò penitùs imbibunt, ſiue elixes, ſiue non elixes, præſtantiſſima ſunt illa profectò in ſuo genere. Quibus longo tempore id accidit, & quorũ paululum intumeſcit corporis modus, in malis habeto.

a [*ſicuti neq; qui uẽtres*] *Interæptum hoc uolui duobus gnomonibus, quòd irreptitium ſuſpicarer. In ſecundo lib. alimentor. ſcribit, a aarbitarum abiecto ſemine, ſi aari uelut cærnem, ut in hyemem reponatur. Quæ caro quid aliud eſt, quàm uenter? Et ſi eſt, aar hîc diuellit, & duo facit, quæ coniuncta & unum eſſe oportuit? Neque enim illud minutatim conciſum credibile eſt, de cortice dictum, qui ligni in modum dureſcit, ut uentris poſteà fieret ſeparatim mentio. Quid ſi pro τὰς κοιλίας legamus τοὺς σικύους, id eſt, pro uentres, a aameres. Sine dubio enim non multò pòſt, cucumeres perinde ſi aari dicit, atque cucurbitas.*

Ergo

Ergo qui ſtatim intumeſcunt cibi, cæteris anteponendi, non eo tantùm, quòd facilius cõcoquuntur, ſed & quia meliorem faciunt ſuccum, cuius gratia dicimus, quicquid hoc in libro dicitur. [a] Sunt enim meliores naturâ cibi, qui citò intumeſcunt, tum quia facilius concoquuntur, tum quia meliores præbent ſuccos. Nam nihil eſt, quod omnibus cibis tantum ad ſucci bonitatem conferat, atque bona in ventre concoctio, quòd ſecundam ac tertiam concoctionem ita promptius recipiant.

Quantũ boni ſit in bona concoctione.

a Legendum ἠοὴ γαρ βελτίω φύσει, τὰ ταχέως ἀζογκούμενα, διότι πέπτεται μᾶλλον, & ἀμείνους χυμούς. quam ſententiam reddidimus, aut quod erit fortè aptius, διότι τε πέπτεται μᾶλλον, & cæt. Vt intelligamus meliores natura abos eſſe, qui ità intumeſcant, quòd proinde meliores faciunt ſuccos, quia facilius concoquuntur. Sic enim aptius erit quod ſequitur: Nam nihil eſt & cæt. Vtcunque eſt, uidoſe ſcribitur πέπτεως.

Tres concoctiones.

Scis autem ſecundam illam, in iecore

ac venis fieri, & tertiam in ſingulis quæ nutriuntur partibus, eiúſque vnius cauſa, duas illas priores requiri. Quicquid enim eſt, quod nutritur, ita demum nutrietur, ſi eius quod nutrit, qualitas mutetur: idque ſimile fiat ei, quod nutritur. Crudis verò facilius mutãtur, præparata & præcocta: ipſæ enim ſe coctiones inuicem excipiunt. Ventriculi concoctionem iecur, & huius partes illæ quæ aluntur. Itaque totius corporis, omnibus partibus, alimentum præparat iecur, & huic venter, & ventri os, & ori partim aſſatio, partim elixatio, partim frictio in ſartagine, partim ſimplex maceratio. His autem omnibus [a] gubernatrix rerũ natura, ferentes fructus ſtirpes præparat, & quædam ſua ſponte ita profert, vt neque elixatione, neque aſſatione, neque maceratione, neque alia præparatione opus habeant.

Quid & qualis nutritio.

a Conuerti

a Conuerti ἡ λοιμῶδες φύσις: non ut quidam ſcribunt, λιμώδες, quod eſſet per uniuerſitatem fu-ſa: non quòd hoc damnem, ſed quia in re parua, no-lui ab alijs diſſidere, cùm res eodem recideret.

Atque hæc quidem in vniuerſum, memoriâ teneri oportet: ſunt enim omnium quæ eduntur communia. Nunc ad particularia redeamus, de quibus dicere deſiimus: quo in numero ſunt de partibus animalium, inteſtina, ventriculus, vterus, oculi, caudæ, aures: & de cerealibus ſeminibus bona pars, & de oleribus, et ſtirpibus, quas Græci ὡραίους, nos fugaces vocamus.

De reliquis partibus animaliũ.

Ergo inteſtina, ventriculus, vterus, carne duriora ſunt, quantóque duriora tanto ægriùs concoquuntur. Alimenti nec tantum in ipſis eſt, quantum in carnibus, nec ita boni. His etiam duriores ſunt caudæ, ac pro duritie cætera in ipſis reſpondent, quæ vel ad concoctionem, Inteſtina. Ventriculus Vterus. Cauda.

nem, vel ad nutritionem pertinent, niſi quòd motio ipſas à ſuperuacaneis excrementis immunes facit. In volucribus bis ſimiles quidem ſunt ceruices: ventriculi autem nihil habent cum pedeſtribus commune. Sunt enim volucribus craſſi, duri, eóque ad cõcoquendũ difficiles, & quibus ſemel coctis, multũ alimenti inſit.[a] Gallinarũ & anſerum optimi, etſi anſerum, alis exceptis, cæteræ partes duræ, coctu difficiles ſuperuacuis excrementis plenæ. [b] In magnis Struthis, quas nunc Struthocamelos vocant, nulla pars eſt, quæ non dura ſit, ægrè coquatur, excrementis abundet.

Auium ceruices & uẽtriculi.

Struthocameli.

a Anſerino uentri primæ, ſecundæ gallinaceo. Atque ut ſues ad iecoris bonitatem caricis paſcunt: ſic ad uentriculi, anſeribus, ex lacte ãbus datur.

b Alio quodam loco negat Struthocamelorum alas, cæterarum auium alis poſthabendas. Cuius rei cauſa eſt in motu & agitatione poſita: quanquam cõparationem, arbitror, non ad paucas quaſdem eximias, ſed ad uolucrium, ut ita dicam, uulgus referri.

Aurium

Aurium cartilago quidem, ſiccum eſt, & nullius alimenti corpus: cutis verò exterior ſicca & ipſa actenuis, exigui, ſed ægrè concoquitur. Oculos pauci edunt, è ſubſtantijs diſſimilibus conſtantes. Alia enim tunicis ipſorum natura, alia muſculis, alia cryſtallino & vitreo humori, in quibus ſoli muſculi promptiſſimè cõcoquũtur, ex illis animalibus, quæ naturam habent ad ſucci bonitatem accommodatam, cuiuſmodi ſues ſunt, mediocris, prout cuique conuenit, ætatis. Eſt autem ea, in conſtanti adultáque hominum ætate, & vita exercitata, planè adultorum: in inclinata, eorum qui increſcunt etiamnum. Nam valde paruis porcellis, caro eſt excrementis referta. [Vetulis præ duritie & ſiccitate praua.] Aures. Oculi. Græcè ὀφθαλμὸς ὀφθαλμοῦ, & cæt. ubi expungendum ſit.

[Vetulis præ duritie & ſiccitate praua) Hoc in Græco libro non inuenio, ſed quia Galeniam eſt, & ad rem pertinet, & in quibuſdam Latinis legitur, nolui committere, ut noſtra hac in parte diminuta eſſet inter-

interpretatio.

Pedeſtrium eſtimatio.

Cúmque in pedeſtribus animalibus optimus ſit ſuillæ cibus, hœdis alter locus debetur, & vitulis tertius. Agnorum caro humida, glutinoſa, muccoſa. Ab alijs pedeſtribus animalibus abſtinendum cenſeo. qui bonitatis ſucci curã habeat, quæ tamen, quantum ſpecie interſe differant, tertio de facultatibus alimentorum libro diximus.

De cerealibus ſeminibus.

Ptiſſana.

Iam verò in cerealibus ſeminibus, longè optimi ſucci cibus eſt, bene elixa ptiſſana: quod cùm dico, illud etiam cõprehendo, optimum ordeum eſſe oportere. niſi enim tale eſſet, non bellè coqueretur ptiſſana, quia nec maceratione intumeſceret plurimùm, nec interliqueſcẽdum, cremoris, Græcè χυλὸς, multum daret. Sed de ptiſſana multa, tum in libris de facultatibus alimentorum, & de ratione

In Græco legi χριθῶν, non χριθῆ.

tione curandi, tum in commentariis in Hippocratem, de ratione victus acutorum. Nunc id caput indicasse satis, quod hoc libro quærimus, seu succi bonitatem, seu valetudinem tueri quis velit, nihil esse de quo minus quàm de bene parata ptissana queri liceat, etsi pane minus cer tè nutrit, etiam optima: qua de re libro [a] *primo de facultatibus alimentorum dictum* [b].

a Rectè *mutatum* β′ *in* α, *id est, secundus in primum. Agit enim lib. prim. alimentor. de ptissana, non secundo.*

b Video *huc inserta quædam, quorum nihil in Græcis. Qui ea tradidere nobis, dubium, utrum in suis libris legerint, an deesse rati, ex prim. alimẽtor. lib. suppleuerint, in quo Galenus disputat contra Philotimum, non esse omnis mazæ glutinosum sucum: quãuis triptæ (ita uocant, quæ in uino dulci, aut sapa macerata, diu, multumq; subigitur) talis in speciem uideatur. id enim accidere, quia cum crasso liquore, & subpingui diu teritur: idémque usu uenire posse etiã milio. Nec alia de causa uiscosum apparere succũ ptissanæ, qui à glutine tantùm abest, ut absergeat & incidat, & tamen humectet: quo minus mirum, si uiscosa non*

ſa non eſt maza. Nam ex immaturo ordeo fricto, fit polẽta res ſiccæ nõ glutinoſæ naturæ, et alimẽti exigui, & ex ea macerata ac trita, ipſa maza pinſitur.

Fœnum græcum. *Fœnum græcum, ſi quis frequentet, ſucco nutrit non bono: Ptiſſanam autem ſi quis in dies ad ſaturitatem edat, nihil oberit, quo minus bonos habeat ſuccos.*

Faba. *Idem de faba dicerem, niſi flatulenta eſſet: nam nec impedit vias, & caret ſucci vicio, quæ ſalubrium ciborũ capita ſunt, ea ſortita eſt, quia qualitatem & vim abſtergendi habet, vt ordeum.*

Piſum. *Piſum non quidem inflat, ſed minus abſtergit quàm faba.*

Lens. *Lentem mali ac melancholici ſucci eſſe, nemo propè ignorat. Vſus eius in medicina ſæpe, in multis affectibus, ſed eius exponẽdi non eſt nunc tempus.*

Ochri. Dolichi. *[a] Ochri & dolichi prædictis deteriores, meliores cicerculis.*

Cicerculæ.

a *Hæc media ſunt inter bonos & malos ſucos. inter eos qui facilis & difficilis concoctionis ſunt, celeris & tardi tranſitus, multi & exigui alimenti, quique aut inflant, aut flatus excutiunt.*

Ab or-

Ab ordeo proximum locũ tenet olyra: deinde tipha. Panicum ſemper fugiendum. Veteres quidam ipſum appellãt melinen. Eiuſdem cum hoc ſemine generis eſt milium, minus malum tamen. Cicer certè etſi bene alit, non tamen bono etiam ſucco. Inflat nihilominus faba, & ad venerem impellit, aucto genitali ſemine. [a] Lupinus valde craſſi eſt ſucci, vnde multum in eo eſſe alimenti conſtat, ſi quidẽ eſt craſſi ſucci, ſucci etiam vicio caret. Reliquorum leguminum nec facienda quidem mentio eſt duntaxat boni ſucci cauſa: cùm ne edantur quidem ab hominibus, niſi coactis fame. Atque de leguminibus ſatis eſt dictum. Olyra. Tipha. Panicum. Milium. Cicer. Lupinus.

a Intelligendum de lupino, qui diuturna macératione in aqua poſuit amaritudinem, & aui aliquoties inter coquẽdum affuſa eſt aqua dulcis, alia effuſa, quæ iam ex eius qualitate amaricabat.

De fructibus dicendum deinceps eſt. Sunt autem † arborum omnes ferè mali Fructus arborum. † Recti⁹ for

ſucci

tè roborũ ꝙ arborũ, & Græcè δρυῶν ꝙ δένδρεων.

ſucci, exceptis glandibus, caſtaneis: quæ ſi in ventre bene coctæ ſunt, alunt multo illæ quidem ſucco, & craſſo, ſed non malo.

Fugaces.

De cæteris illorum fructuum quos vocant fugaces, malus eſt omnium ſuccus, adeò vt[a] corrupti in ventriculo, non longè abſint à mortifero veneno: vt mora, quæ etſi perſicis & prunis ſunt moderatiora, nihilo tamen illis minus, eſt mala eorum corruptio.

a Tum facilimè corrumpuntur, cùm uel uetuſtatem ſentiunt, uel inutile condimentum recæpere, uel in uĕtriculum inàdere, mali ſucci plenum, uel cùm in eo morantur plus iuſto, uel per ſuam cuiuſque hominis proprietatem, quæ ſæpè alios alijs accommodatiores cibos.

ὀπώρα in ficis & uuis

Quam Græci propriè ὀπώραν dicũt, prædictis ea melior eſt, & in ficis atque vuis poſita. Refert autem non parùm, maturúsne omnino fructus ſit, an nondum talis: nam maturi fici propè innoxij ſunt, & ab ijs vua matura, quæ ſi ſuſpẽſa ſue-

ſa fuerit, inflandi vim ponit, ac talis ſit, vt quod incuſes, nihil omnino habeat.

De caricis qui contraria dicet, boni, inquam, & mali ſucci eas eſſe, valeréque cùm ad morbos faciẽdos, tum ad bonam valetudinem, videri poterit vera dicere. Si enim ipſæ ventrem pertranſeunt, [a] cutémque ac renes diductum ex ipſis alimentum, ſalutarem faciunt ac bonum ſuccum: ſi morantur, aliquanto deteriorem, & qui pediculorum vim magnam progeneret. Caricæ.

a *Si enim ipſæ uentrem pertranſeunt, cutémque ac renes.*) Equidem ita impreſſum inuenio, ἐὰν γὰρ αὗται διεξέρχονται τὴν γαστέρα, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀναδοθεῖσα τροφὴ, διάπτ τ δέρματ καὶ τοὺς νεφροὺς, ὑγιεινάτε ἐισὶ καὶ εὔχυμοι. Video tamen eſſe qui legerint, διάπτ τὸ σῶματ καὶ τοὺς νεφροὺς, id eſt, ſi per corpus & renes tranſeat diductum ex ipſis alimentum. Sed ſi mutandum aliquid eſt, malim certè, διάπτ τὸ ἧπαρ καὶ τὰς φλεβῶν, per iecur & uenas. Ita enim erit longè aptior contextus. Si de uẽtre, in quem primum inidũt, facilè exidunt caricæ: & ſi per iecur & uenas, in totum

tum corpus expeditè diducitur ipſarum ſucus, qui no bis in alimentum cedere debet, ita demum bonus ille & ſalutaris erit. Sed ſi ipſæ uentrem uix tranſibunt caricæ, aut ſi ſuccus in iecoris anguſtias, aut in uenas impactus hærebit, deterior ille aliquanto erit, & pediculorum parens. Clara eſt hæc ſententia, & uera, & huic, opinor, loco conueniens. Neque enim locutus eſt de humore illo aqueo, ac ſubtili, quo fructus quidam in maturitate abundant, & qui cum urinis abit, aut ſudoribus, aut inſenſibili tranſpiratione: is enim in caricis totus aut in aërem expirauit, aut ab ipſarum ſiaa terrenáque ſubſtantia ebibitus eſt.

Antidotum ex caricis, iuglandib. & ruta.

Sed ſi cum iuglandibus, itémque amygdalis edantur, cibus eſt profectò optimus: cum his quidem vt obſtructa expediendi, & abſtergendi vi præditis, non tamen æquè multo & bono ſucco, atque iuglandes: cum iuglandibus verò ad omnia præſtantiores, adeò vt qui de miſcendis mortiferis venenis libros compoſuêre, eorum omnium alexiterium eſſe dicant, ſi quis antè caricas ſumat cum iuglandibus & ruta.

Ad huius antidoti compoſitionem Mithridates rex

rex maximus, & naturæ indagator curioſiſsimus, duas nuces ſiccas, & totidem ficos, & rutæ folia uigenti, ſimul trita omnia, cum grano ſalis requirebat, & qui hoc ieiunus ſumpſiſſet, nullum uenenum noaturũ illo die pollicebatur.

Reliqua[a] nucum genera, mali ſunt ſucci, maximè ſi qui ſunt fructus agreſtium ſtirpium & fruticum, de quibus in ſecundo libro de facultatibus alimentorum multa. Fructus agreſtes.

a Nuces appello quæ Græci ἀκρόδρυα. Putamẽ illis durum ac lignoſum, pars interior edendo eſt. Altero generi nomen ὀπώρας impoſuere: mollioris omnino id corticis eſt. His duobus nominibus, omnes fructus comprehenſos uolunt: ita ſub ὀπώρας apellationem caderent etiam fugaces. Et cotonea generis uocabulo ſæpe uocant ſimpliciter mala, ut hoc loco.

Cotoneorum, punicorum, pyrorum, meſpilorum, non adeò cibi, atque medicamenti ſtomacho ventríque robur facientis gratia, vſus quæritur. Sunt autem fructus & cucumeres, & pepones, & melopepones, ſed qui à bonitate ſucci tantum abſint, vt niſi celeriter tranſe- Cotonea. Punica. Pyra. Meſpila. Cucumeres. Pepones. Melopepones.

ant, in vẽtre corrupti, ſuccum ex ea corruptione faciant, mortiferis venenis vicinum. Sola eſt inculpabilis cucurbita, in hoc fructuum genere, quæ tamen & ipſa in vẽtre corrupta, perquàm malum ſuccum facit: id etiam moris accidit. Si enim ante corruptionem, ea ſtatim ſubeant, mali nihil, nihil immoderato vſu faciunt. Id quod de hoc fugacium toto genere, & ſcire & meminiſſe oportet.

Cucurbita.

Mora.

Catholicum præcẽptũ de fugacibus.

De oleribus.

In oleribus, nullum certè quidem eſt boni ſucci: at in boni malique medio, ſatiua lactuca, tum malua, deinde atriplex, & portulaca, & blitum, & rumex. Ad ſummum malus eſt ſuccus, eorũ quæ † agreſtia olera vocant, lactucæ erraticæ, chondrilæ, ſcandicis, gingidij, ſereos cichorij. De radicibus.

Olera.

a De his agreſtibus ſi qua inueniesalibilaudata, ſcito mediãnæpotius, q̃ cibi ergo iãſieri

Oleraceari plantarum radices, mali ſucci quæcunq; acres, vt ceparum, porrorum

Radices.

rorum, alliorum, radicularũ, dauci, mali boníq; in medio, ari & raparum quibus huniadum nomen, & cari. Quibusdã in locis ari radix acrior, q̃ pabo.

De piscibus.

Aues & pisces boni ferè omnes succi, exceptis tantùm qui vitam degunt in stagnis, paludibus, limosisq; ac turbidis fluuijs. Nam & minus natant, & aëre cibisq; vtuntur deterioribus, maximè si ipsa aqua magna ex vrbe profluit, latrinas, balnea, macellũ, aut culinas, eorũq; qui vestes aut lintea lauant, sordes expurgans. Pessima enim est animalium caro in tali aqua degẽtium, præcipuè si in ea sola versentur: ac si quando meliorem subeant, ne sic quidem effugere possunt, quin multo peiora sint, in mari puro degẽtibus. [a] Nã qui in marina versantur, aqua dulci non ꝑmixta, omnes eiusmodi ferè sunt, vt quod incuses, nihil habeãt, tales sunt, quos pelagios vocãt, & quos saxa- Aues. Pisces. Catholica præcepta de piscium iudicio. Pelagij. Saxatiles.

ſaxatiles, tum ſucci bonitate, tum ipſa inter edendum voluptate, cæteris longè præferendi, vt tutiſſimum proinde ſit, tales perpetuò ſumi.

a Conſiderandum etiam mare quò ſpectet: melius enim ad Aquilonem. & an iactatum fluctibus, an quietum: concluſum, an liberum: purum ſabuloſo aut petroſo fundo, an terreno quodam limo obſcœnum. Nam fluctuoſum, purum, liberum meliores piſces gignit. Neque aliena eſt hæc à fluuijs ratio.

Mugil. Lupus. Gobius. Murena. Cancri. Anguillæ.

Si quod aũt animal, vtriſq; in aquis vi uit, vt mugil, vt lupus, vt gobius, vt mu rena, vt cancri, vt anguillæ, rogãdum in primis, vbi captum ſiet, tum odore ac gu ſtu, faciendum de ipſo iudicium. Grauiter enim olent, inſuaueſque ac muccoſi ſunt, qui in aqua vicioſa vitam degêre. Quin & cæteris longè plus habent pinguedinis, & ſtatim putreſcunt: è puro autem mari, nec odoris, nec ſaporis gratiam improbabis, pinguediniſq; aut minimum, aut nihil omnino erit, & longi-

ori

ori tempore putredinẽ nonſentient: præ-ſertim ſi quis in niue merſos habeat, quæ res ſuapte etiam natura duros, meliores facit, acquiſitâ carniũ friabilitate, qualis in ſaxatilibus eſt, & aſellis: quod enim his natura dedit, id duris niuis beneficio accedit. Ea cauſa eſt, cur mugilibus, puro in mari, et in aqua viciata degentibus, maximè cõtraria ſit ipſis inter ſe carnis ſubſtantia. Eſtq; & gobiorum & luporũ eadem quoq; ratio: aliorũ autem, his etiã magis. Quin & murenæ in his aquis peſſimæ. Anguillæ verò, ne in aqua quidẽ pura bonus eſt ſuccus, nedũ in ea quæ purgamẽta vrbis alicuius excipiat. Sed & pro ciborum diſcrimine, quos alijs in locis, alios edunt, nunc meliores, nunc deteriores fiunt piſces, odore, ſaporéq; facilè diſtinguendi. Vt muli carcinade paſti, in ſuo genere peſſimi. Aliorũ verò caro, durioris eſt illa quidẽ

Muli. Carinas ani malaulũ flauum, ualde

minutis cancris ſimile.

materiæ, non ſaxatilibus modò & aſellis, verũ etiã mugilibus & lupis, & aliis pelagijs, quare & ægrius cõcoquitur, & potẽtius nutrit, & ſucci tamen vicio caret. Verũ enimuerò de omni ciborũ genere dictũ pleniꝰeſt, in tribus libris de alimẽtorũ facultatib. neq; quẽquã adeò ſupinũ eſſe oportet, cui ſalutaris cibi cura ſit, vt non eorũ ſibi refricet memoriã, omniũq; adeò, quæ poſita ſunt in opere, de tuenda valetudine, cuius pars eſt & illud de facultatibus alimentorũ. Eſt & alius libellus, de ratione victus attenuantis, illi contraria quæ craſſos humores progignit, admodũ vtilis ijs, qui in tuenda valetudine ſtudiũ ponunt. Sed quum hæc opera leges, meminiſſe te in primis volo, qui materiæ vires ad vnguẽ teneat, non ſtatim eũ vel auxilia, vel qualis vitæ ratio bonã valetudinẽ tueri poſſit, perfectè noſſe, niſi & corporũ naturæ, quibus

Qui libri ad tuendam valetudinẽ pertineant.

Quæ quib. utenda ex corporum natura intelligtur.

quibus illa exhibentur, gnarus ſit. Sunt enim alia, è quibus ob denſitatem nihil tranſpirat, alia ob raritatẽ facilè inanimuntur: ac cibo opus eſt, prioribus illis humidiori, his poſterioribus ſicciori: itẽque his glutinoſiori, illis tenuiori, his multo, illis exiguo. Iam quorũ ſanguis ad melãcholicum plus iuſto vergit, cibus illis humido calidóq; temperamento ex vſu eſt: quorũ bilioſior, humido & frigido: pituitoſis, calido & ſicco. Qui ſanguinis boni, iuſto maiorẽ menſurã implent, illis minus quidẽ cibi debetur: ſed qui abſq; vlla inſigni qualitate, ſic mediũ tenẽat, vt neq; calfaciat, neq; refrigeret, neque deſiccet, neq; humectet, quod quidẽ dici debeat: itẽ qui craſſitatis & tenuitatis, glutinoſiq; & contrariorũ ipſi, fragilis, inquã, & friabilis medius ſit. Quod fragile dico Græcis κραῦρον, id in valde duris ac ſiccis eſt, quod friabile ϕαθυρὸν, id

Glutinoſo duo contraria.

τὸ κραῦρον

τὸ ϕαθυρόν

in mollibus, & humidorũ ſiccorũq; medijs: vtriq; cõmune, nihil habere glutinoſum. Ergo qui cibis rectè vſurus ſit, næ illũ callere oportet primũ, quemadmodũ diſtinguat hominum corpora, pro cutis ipſorũ raritate, aut dẽſitate, deinde pro totius corporis tẽperamento: tum an omnes corporis partes, ſuã ſeruẽt tẽperiem. Fit enim interdũ, vt quàm cõuenit, calidius ſit caput, vẽter frigidior. Sæpe cõtrà, calidior vẽter, frigidius caput: eodẽq; pacto in alijs omnibus. Atq; alia quidẽ omnis ratio, quæcunq; vel affectã curat, vel integrã tuetur valetudinem, oculos habet ex æquo in omnia intentos: quæ verò ad cibos pertinet, eximius illi primúſq; ſcopus, vt optimè illi concoquantur, altérq; ab eo, vt ex concocto cibo, diducẽdus in corpus ſuccus, aliarum partiũ tẽperationi cõueniat: è quibus intelligitur, neceſſariã eſſe de tẽperamen-

tis

tis disputationẽ, illis qui cibis rectè vti velint. Quocirca quicquid supereſt, in ratione boni malíq; ſucci, cognoſci neceſſariũ, id ita adjciã, vt ſi in ea exercitatus eſſes. Repetã autem à vinis principium.

DE VINIS.

Vinorum differentias, etſi nec diſtinctè, nec ordine, omnes tamen hoc loco attigit Galenus. Sunt enim uel in colore poſitæ, quatenus album, pallidum, fuluũ, flauum, rubrum, nigrúmue uinum dicimus: uel in ſapore, quatenus dulce, auſterũ, acre, addum: aut in odore. Sunt enim iucundo, ſunt graui, ſunt nullo odore. aut in ærto craſſamenti habitu, in quo tenue & craſſum: aut in uiribus, quæ alijs magnæ, alijs paruæ ſunt, appellanturq; illa potentia & uinoſa, ſtatim ac uehementer incaleſcente ab ijs corpore: hæc infirma & aquoſa, obſcura aut nulla calfaciendi ui prædita. Neq; ignorandum de illis rebus, quæ uinorum diſcrimina pariunt, in alijs ſuapte ratione ac natura, utilitatem aliquam aut noxam ineſſe, ut in ſapore, in uiribus, in ærto illo craßamenti habitu, in alijs nullam, niſi κατὰ συμβεβηκὸς, id eſt, caſu quodam, ut in colore & odore. Vinum enim bene aut malè facit, quia dulce aut auſterum, quia tenue aut craſſum, quia potens aut infirmum, non quia hoc illóue colore aut odore. Et in quaq; differentia, duo eſſe uelut extrema, inter quæ multa

multa interarrunt media, ut inter nigrum & albũ, inter tenue & craſſum.

De uinis. Ergo quæ ex aquea tenuíq; ſubſtãtia cõ ſtant, quæq; vrinas ciẽt, corpori minimũ alimẽti præbẽt: craſſa verò, vt Theræũ & Scybelites, non contemnendũ. Differunt inter ſe, plus minúſque pro ratione craßitatis. Tale eſt apud nos vinũ apud Aegeates. Aegas & Perperinam; quarum altera Perperiniũ Murinæ, altera Pergamo finitima eſt. [a] Atq; ex toto quidẽ dulcia ſunt, Scybelites, & Theræum: auſterum autẽ ſimul ac dulce Abates, à Ciliciæ quodã loco cognominatũ. Horum in medio Perperiniũ & Aegeates, neq; omnino dulcia, neque tam memorabili, quàm Cilicium illud adſtrictione.

Theræum. Scybelites. Abates.

a Satis hinc liquet, aliud eſſe Theræũ uinum, à Cilicio Abate: quod ideo monere uolui, ut intelligatur diuerſa genera, non rectè in unum confundi, lib. meth. xij. ubi Scybelites & Theræum Albates, pro exemplo uinorum ſapæ modo craſſorum ponuntur. Sed ne duo fiant, quæ tria ſunt, coniunctione interiecta, ſcribendum

bendum est, Scybelites & Theræum & Albates, aut quod hîc inuenio, Abates. neq; enim de una litera ualde contendam: nam & aliter scriptum uideo in lib. 5. de tuenda ualetud. Sybates.

Sunt autem nigra hæc omnia: neq; enim vinũ inuenias, crassũ simul ac dulce, non etiã nigrũ. Nam albissimorũ vinorũ mustum, si quis sic decoquat, vt sapã faciat, quod ἕψημα (id est, defrutum) apud nos vocant, nigro erit & Theræo assimili colore. Niger est & Caryino, quod & ipsum dulce est, colos: & Therino, non perinde tamẽ, atq; Caryino, à quo dulcedine etiam nonnihil vincitur. Crassum ac dulce, nigrum. Caryinum. Therinum.

a Therinum & Caryinum Mæonia fert, ut inuenio lib. 3. in Hippocrat. de morb. acut. Lib. 5. de tuend. ualetud. Cyrienum scribit.

Album vinũ, idémq; dulce, nullũ est: sed alia austera et crassa, alia tenuia & aquea. De flauis & fuluis, alia mediocri dulcedine, vt Hippodamantiũ et Faustinianũ falernũ, a *alia nulla. Rubra his crassiora, & rubris alia quædã vergente* Album dulce, nullum. Hippodamantium. Faustinianũ Falernum.

te iam propiùs ad nigrum colore.

a Alia nulla.) Ἔνιοι δ' ὅλως γλυκεῖς: Id ſignificat alia eſſe, ex toto dulcia. Sed multæ & graues cauſæ ſunt, cur mendi notanda ſit hæc ſcriptura. Nam & in hoc ipſo libro negat ullum uinum fuluũ, ſummè eſſe dulce: & in Falernis conſtat id dulciſſimum eſſe, cui Fauſtiniani cognomen. Cùm ergo pro mediocriter dulci poſuerit, id quod ne ipſe quidem, ſi ſibi conſentire uolet, negabit ita ualde dulcæ, ut alia præ ipſo, uideantur auſtera, in eodem genere, quodnam obſecro nobis dabit exemplum, alterius illius generis, quod ex toto dulcæ erit? Nullum Hercle. Vbi enim à Fauſtiniano receſſeris, fruſtra tu te fatigabis in alio quærẽdo, cui ſit in eodem colore dulcedo maior. At ſi fuluũ uinum, ſummè dulce nullum eſt, quid Fauſtinianũ ualde dulce facit? Res plana eſt ac facilis. Non idẽ ſummè dulcæ, idem ualde dulcæ ſignificant: neque neceſſe eſt ubique res exactiſſimè, ac uelut uno puncto terminari, eas præſertim, quæ craſſis iſtis ſenſibus indicantur. Fuluum uinum ex toto dulce, nullum eſt: ne nigrum quidem, hac certe ratione. Sed propiùs accedũt hæc ad ultimũ ac finẽ, quàm illa. Scybelites & Thèræum audeo negare, ex toto eſſe dulcia, quod illis tamen ante tribuit, ſi quidem placet omnia, ad ultimum illum ac ſupremum finẽ reuocari. Sed ſermonis uſum, ut dixi, in his rebus liberiorem eſſe oportet: non omnia preſsiſſimè & exactiſſimè ſemper decidenda. Quæ à bonis uiris, ad hominum utilitatem, ſcripta

ſunt

ſunt, magna eſt ingratitudo atq; inhumanitas, in ijs occaſionem autoris calumniandi, quærere. Falernum Fauſtinianum hîc mediocriter dulce, alterum, forte nullo modo. In libro 12. Methodi, idem Fauſtinianum ualde dulce, alterum genus auſterum. Quid te hîc offendit? an uocabula? At bellè diſtincta res eſt: nam quantum inter mediocriter, & nullo modo dulce intereſt, tantundem ferè inter ualde dulce, & auſterum. Alterum hoc Falerni genus, auſterum, aut nullo modo dulce eſt: Fauſtinianum ualde, aut mediocriter dulce. Vides, inquam, de eodem, idem, alijs atque alijs uerbis dici, in Fauſtiniano dulcedinis multum in altero genere parùm, ſed aliquid tamen ineſſe: eſt enim & hoc dulce, utique, ſi cum Marſo conferas. Ergo quod hîc ex toto dulce, aut nullo modo dulce dicimus, ſcire licet, de magno in utranque partem receſſu, accipiendum eſſe. Aliter enim nuſquam in rerum natura ueritatem id inueniret, nec ex toto dulci melle, nec aloë omnis dulcedinis experte. Dixi cur negationem addiderim, ἔνιοι δὲ οὐ ὅλως γλυκεῖς. Quò ſi quis neget, ſului uini ex toto dulcis, exemplum in Falernis quærendum, tum illum aliquid dicere fatebor, cùm id in alio genere dabit. Et ſupererit tamen amouendus ſcrupus, ſuluum uinum ſummè dulce, nullum eſſe. Hoc enim ſequitur, uerbis nec obſcuris nec ambiguis expreſſum, cuius ſi quæritur ratio, dicam equidem quod accepi. Dulce aliquid fieri caloris humoriſque mediocritate: & quoniam hæc ad noſtros ſenſus & affectus

ctus referuntur, dulciſsimum id nobis apparet, quod eſt, noſtræ naturæ temperationi hac in parte proximum. Quare nulla unquam ratio efficiet, uinum ſimul fuluum aut flauum, ſimul dulciſsimum. Sunt enim hi feruentiſsimi uini colores: qui feruor eò uſque nonnũquam procedit, ut amara uina pro dulcibus relinquat. Iam hæc ſcripſeram, cùm in exemplar incidi, noſtram coniecturam impreſſa negatione cõprobans.

Quod genus uini quibus conueniat.

In Græco ἐπιξεπέορ χρὴ οἴνῳ, *ubi* χρὴ *ſupereſt.*

Ex omnibus alimentum, pro ratione craſsitatis: ideo qui uires recolligunt, illis permittendum, ut dulce bibãt, maximè ſi neque de iecore, neque de liene, neque de renibus queruntur. In quorũ uenis collectus iam eſt craſſus humor, illis utile tenuis ſubſtantiæ uinum, & ſi frigidus eſt ille in uenis humor, acre ac uetuſtum: ſi non frigidus, quod horum utroque, acrimonia, inquam, & uetuſtate careat. Atque ad ſucci quidem bonitatem, præſtant odora, ſed feriunt caput: [a] ad ciundas urinas, tenuia, capite prorſus intacto.

a Ad ciundas urinas, tenuia.) Ain tu à uino tenui

nui non affici caput? Itáne nullum erit fluuũ, uetus, odorũ, & tenue simul uinũ? Aut si erit, urinásne id mouebit, capite prorsus intacto? minimé. Sed tenuia hæc, alba & aquea esse uolumus, ut subtilitas, ciundis urinis penetrabile faciat, calor nullo nec humore, nec uapore, nec ardore caput tentet: & fortè scriptũ reliquit, ὅτι λϑυκοὶ, id est, alba: non ὅτι λεπτοὶ, sed coniungendum tamen utrunque est alba & tenuia.

Fugiendum crassum, simul & malè olens, & insuaue, & austerum, quale improbum illud Bicyon, quod in magnis seriis asseruari solet: nam quod in paruis, illud nec insuaue, nec grauiter olẽs, nec crassum supra modum, nec acerbè adstringens: quanquam & id, vt succo est non malo, sic neque bono, sed inter vtrunque genus medio. In optimis certè vinis est Falernum, eóque id magis, quo dulcius, atque eiusdem cum eo generis est, fuluum illud ac dulce Tmolites: nam est & alterum huius genus, austerum & succi non æquè boni, sicuti nec alia omnia, valde austera, etsi languenti exolutóq;

Bicyon.

Falernum.

Tmolites.

Austera.

exolutóque ſtomacho, & ventri, robur ſanè adiungunt, præſertim, ſi calida intemperies malè affecit. Hac enim, & ſiſtendi ventris cauſa auſteris vinis vtimur, alioqui non vſuri, quia nihil conferunt, nec digerendo in corpus cibo, nec in ſanguinem vertendo, nec ſucci bonitati, nèc meïendi facilitati, nec ſudoribus eliciendis, nec alui ſubductioni. Sed de vinorum tum virtutibus tum vicijs omnibus in præſentia dicere non inſtitui, præcipuè quatenus conducunt morbis. Quod ergo inſtitui, id paucis capitibus complectar. Bilioſiori corpori, ſiue eſt ea natiua, ſiue aliqua alia ratione, quæſita intẽperies, nec Falernum, nec fuluũ illud ac dulce Tmolites, nec[d] Aruiſium, nec Lesbium, odorum illud ac fuluum, prædictis ſimile cõuenit: ſunt enim hæc omnia calida. Quare nec bilioſis, nec ſub æſtu, [b] aut laboribus multis, aut inedia, aut

Quæ bilioſis, quæ pituitoſis conueniant.

aut mœrore, neque tempore, aut regione, aut cœli ſtatu calido, vtiliter dari poteſt, hoc vini genus: contrà enim bonum eſt, omnibus qui calorem requirunt, pituitoſis, ac frigidis temperamentis, crudorúmque ſuccorum magna vi preſſis, vitæ inerti, in loco frigido, hyeme, cœli ſtatu frigido atque humido. His, inquã, omnibus bonum eſt, fuluum illud ac dulce vinum, contrà affectis malum: non quòd malum ſuccum procreet, ſed quia calfaciat, quos refrigerari oportet. Ex eorũ enim potione, facilè illos prehendit capitis dolor, ac febris, & aliqua neruorum affectio.

a Aruiſium ex Chio, Leſbium ex Ereſſo urbe: id enim Methymnæum odore & dulcedine ſuperat, quod tamen Mitylenæo præfertur: trium horum una patria Leſbos.

b Rectiùs legitur καμάτων, quàm ut in quibuſdam eſt καυμάτων: prius labores, poſterius ardores

ſignificat, qui ſub æſtu continentur, ut inutilis redundantia ſit, uerba idem ſignificantia ingeminare, prætermiſſis aliis, quæ ad rem pertinebant. Laboribus enim inæleſcit corpus, & quidem uehementius, quàm aut inedia, aut mœrore.

De *fuluis autem, ac mediocriter dulcibus, nam fuluum ſummè dulce, nullum eſt, quæcunque ad nigrius dulciúſque vergunt, non perinde calent, atque fulua: quo magis conſentaneum eſt, nec capiti, nec neruis, ea æquè nocere, nec ita febres accẽdere. Iam verò dulci craſſóq; vino, ſubducendi alui vim eſſe, nemo fe-*
Muſtum. *rè ignorat, ſicuti neque muſtum inflare, difficile concoqui, craſſi eſſe ſucci, hoc vno bono, quod ventrem deijciat, ac ſi quando eo fruſtretur, nocentius fit.*

Vina uetuſtate flauescunt. *Vinorum omnium, exceptis duntaxat ijs, quæ valde craſſa, & ſupra modum dulcia ſunt, quale Theræum & Scybelites, commune eſt, vt longinquitate temporis*

poris, flauum, igníſque more, ſplendentem aliquo pacto colorem adipiſcantur: nam & nigra, quale apud nos Perperinium, vetuſtas tingit, primum rubro aut fuluo, deinde flauo colore, & alba, quale Bithynum Aminæum. Vinum hoc tam valde vetuſtum, Romani appellant[a] *Cecubum, in quo ne genus quidem adhuc agnoſcere liceat. Eſtque id iam & amarum, & potioni propterea ineptum, ſed cuius tamen cum nouello permixtione, mangones, fucum imperitis, qui non ſatis vinorum ſapores callent, faciunt, amaritudinis prætextu, nouellum pro veteri vendentes.* Cecubum.

a In Ceabo, Galenus negat genus, ſed annos & uetuſtatem ſignificari: ſed credendum potius arbitror Romanis ſcriptoribus, à quibus traditum eſt, aliquãdo ſui generis fuiſſe Ceabũ, in paluſtribus populetis, Amyclano ſinu, quod tamẽ iam ante Galeni ætatem interdiſſet, & coloni inuria, locique angustia,

& magis foſſa Neronis, quam à Saiano lacu, Oſtiam uſque nauigabilem inchoauerat. Prima erat eius uini gloria, quo factum arbitror, ut generoſa & uetuſta omnia uina ſub Cecubi appellationem uenerint: uinum enim una maximè commendat ætas.

Vetuſta. Nouella.

Enimuerò vt adeò vetuſtorum fugienda potio eſt, ſic & valde nouellorum. Illa enim ſupra modum, hæc dum nouella ſunt, nullo modo calfaciunt: tantúmque abeſt, vt aliorum ciborum cõcoctioni conferant, vt ipſa vix concoquantur. Adhæc nec tranſeunt vẽtrem, nec diſtribuuntur facilè, nec vrinas promouent, nec ad ſanguinem faciendum cõducunt, nec ad nutritionem, ſed aquæ modo, vẽtrem tenent quàm diutiſſimè ſuſpenſum: etſi quis ex ijs vel paululùm bibit, facilè aceſcũt. De nouellis autem, cum ſuo commodo quis ea tantùm bibat, quorũ tenuis eſt ſubſtantia: quale in Italia eſt Gaurianum & Albanum, & in Sabinis

Alij: Si quis ex ijs paulò plus biberit, facilè aceſcunt.

binis ac Tuſcis quædam: neq; enim omnia talia ſunt. Sed & circa Neapolim, Aminæum illud, quod imminens ipſi colliculus fert, ſtatim bibi poteſt. In Aſia tale eſt apud nos, Tibenum & Arſyinum, & poſt hæc, Titacazenum. Sed hæc quidem vt in exemplo: vidi enim huius generis vina, in omnibus ferè gentibus, ſed quæ duplicem ob cauſam in peregrinorũ ignoratione verſentur. Nam & pauca omnino ſunt, & longinquam nauigationem non ferunt, vt ad exteros à negociatoribus exportari queant. Quanquã facilè certè diſtingui poſſunt: primùm ac maximè, quia tenuitate proximè ad aquam accedunt: deinde etiam candore: tum quòd guſtu ſint aquoſo, ſine vehementi adſtrictione, neque multum aquæ ferant, inter diluendum, vt appellationem ὀλιγοφόρων apud

Neapolim repoſuimus ex lib. xij. method. ubi Tibecinum uocat, quod hic Tibenũ.

veteres propterea inuenerint, quia non niſi paululum aquæ ferant. Atque vt fulua illa, in quibus eſt calfaciendi vis, caput ſtatim implent: ſic hæc, præterquã quòd ipſum nunquam lædunt, iuuant etiam interdum, leuiculi cuiuſdam doloris ſedatione, quem comprehenſi in ventre humores ciere conſuerunt. Nam cùm doleat caput, non ſuopte tantùm affectu, ſed & exhalantibus è ventre malis vaporibus, nempe ab hoc dolore liberat oligophori illius vini potio, ſi modò leuem habet adſtringendi vim. Nam quorum eſt vis omnino exoluta, quale apud nos Tibenum, & Sabina quædã in Italia, tanto leuiter adſtringentibus peiora, quanto aqua meliora ſunt. Sunt enim naturæ, in quibus dolorem capitis facit interdum aquæ potio, præſertim malæ: nam & ipſa corrumpitur, & naturale robur

Ventriculo & capiti maxima inter ſe συμπάθεια, id eſt, affectionum mutuus cõſenſus.

Quo modo capitis dolorem faciat aqua.

robur ſoluit. Debilitato autem ventriculo, ſeroſus quidam ex bile humor in ipſius ſinum è corpore confluere ſolet, non ſecus atque in iuſto longiori ieiunio, à cuius humoris vicio ac noxia, hominem liberat prædicti vini potio, ſtatim quidẽ atque ipſo in tempore, quòd permixtione quadam ipſum temperat: paulò verò pòſt, quia ventriculo iam robur fecit, ad deturbandum quicquid ipſi moleſtũ eſt. Atque hominum quidem feruidiſsimis temperamentis, ſiue natura, ſiue ætate, aquæ quàm vini vtilior potio eſt: ac ſi quando vino opus erit, tenue id & ſubauſterum eſſe oportebit. Valétq; eadem ratio in omnibus cibis & potionibus, non vt quiuis ſimpliciter, & ſine diſcrimine quouis vtatur, ſed facto naturarũ diſcrimine, Eſt autem maxima in vinis differentia, ſi quis ſpeciales, vt à no-

Quibus aquæ potio conueniat.

Maxima uirtũ in uinis differentia.

bis factum est, ineat considerationes. In cæteris parua: neque enim vel lentem, vel brassicam vllam vnquam inuenies, quæ humectet, sed minus siccantem alteram alterâ, non tamen humectantem, multóque minus ceparum, porrorum, alliorum genus vllum frigidum inuenias, sed plus minus, calida tamen omnia. Nec verò calfacientem vllam lactucam, aut atriplicem, aut blitum, aut portulacam, cùm ne illud quidem ipsum plus minúsue magnam in ijs differentiam faciat. At in vinis vetustissimum illud, quod à Romanis appellari dixi Cecubum, tantum ab albo simul & austero, & nouello, & crasso differt, vt cùm illud vehementissimè calfaciat, hoc sensibiliter refrigeret.

Mel. *Nec [a] verò parua est in melle differentia: nam quod malum est, & grauiter olet, quódue aliam quandam inter gustandum*

ſtandum qualitatem, admixtam indicat, mixtum illud mel eſt, non ſincerũ. Quod autem eius modi eſt, vt nihil in eo deſiderari poſsit, differentias certè tamen habet aliquas, quatenus dulcedinis & acrimoniæ plus habet aut minus: vt illius ſumma virtus ſit, quod ſit dulciſsimũ, idémque acerrimum: & commune tamẽ id ſit, vt omni melli calfaciendi vis ſit, & vt leui momento à corporibus calidis in bilem mutetur. Itaque cibus eſt vtilis pituitoſis naturis, & ætatibus prouectis, & morbis frigidis.

a Nec uerò parua eſt in melle differentia.) Alij, Nec uerò magna eſt in melle differentia: Non ſine ratione. Vinorum inter ſe differẽtiam tantam eſſe docuit, ut ſint quæ uehementiſsimè calfaciant, & quæ ſenſibiliter refrigerent: in cæteris negat tantum eſſe diſcriminis. Braſsica omnis ſicat, porrum calfacit, lactuca refrigerat. Hactenus ipſæ nihil inter ſe differunt ſpecies: ſed quia hæc lactuca illâ potentius refrigerat, & hoc porrum illo potentius calfacit, id uerò eſt,

eſt, quod inter ipſa intereſt, hæc parua illa eſt differentia, qua non aliam maiorẽ in melle annotat: mixtũ enim mel, quod ex qualitate ab ipſius natura aliena deprehenditur, non debet cum ſimplici conferri, ſed ſinærum ac ſimplex cum ſinæro ac ſimplici. quod qui faciet, in omni melle calfaciendi uim ineſſe comperiet, & in corporibus calidis, ex facili in bilem id conuerti. Paria audis hactenus omnia: iam audi differentiam. Sinæri, inquit, mellis differentiæ ſunt, quatenus hoc plus aut minus illo habet dulcedinis & acrimoniæ, ut illius ſumma ſit uirtus, quod dulciſſimum idémque acerrimum ſit. Differentia hæc parua ſanè eſt, ſi ad uina ſpectes. Quare cùm uertiſſem, ut Græci legunt, lectorem, ut de hoc cogitaret, monitum uolui.

Acetũ mulſum conſtat ex una aceti, duabus mellis, & aquæ partibus quatuor

Acetum verò mulſum, omnibus cùm naturis, tum ætatibus vtiliſſimum, ad tuendam ſecurè valetudinem, liberas atque expeditas tenens, omnes anguſtas vias, vt non ſit vbi hærere poſſit, craſſus aut glutinoſus ſuccus: eáque cauſa eſt, cur quæ medici vocant medicamenta tuendæ valetudinis, Græcè ὑγιεινὰ φάρμακα, omnia vim attenuandi habeant. Et certè

certè quidem hæc victus ratio bonam valetudinẽ minori piculo tuetur, quàm craſſior: ſed robuſtum & bene habitum corpus facere nequit: & ſunt qui bene habitam valetudinem cum periculo malunt, quàm tenuem illam quidem atque infirmam, ſed certam tamen ac tutam. Atque in ijs, qui bonam corporis habitudinem, & robur cum ſanitate volunt, alij ſibi vnis inſeruiunt, alij militarem [aut politicã] vitã delegêre, vt neceſſe habeãt, & noctu ſurgere, et interdiu neceſſarijs muneribus obeundis inſeruire: qui ſi quo modo poſſunt, [a] ante balneum exerceri debent, & ab eo curatione cutis vti, quam gymnaſtici ἀπροθεραπευσίαν vocant. Sed plurimi ſunt, quibus ne id quidẽ per negocia licet: itaq; nec fieri poteſt, vt per totam vitam bene valeant, quamuis frugaliter viuant. Qui verò

quoad

Craßis cibis modera te utendum, & raró.

quoad licet faciunt, quicquid facto eſt opus, raró profectò illi ægrotant. Atq; attingi ſanè neceſſe eſt, ab iis multæ valentíſque materiæ cibos, è quibus craſſus eſt ſuccus, ſed moderatè, & eo tempore, quo manifeſtus erit penuriæ ſenſus. Per reliquum tempus totum iis vtendum, quorum media eſt natura, inter pauci multíque alimenti cibos.

a Ante balneum exeræri debent.) Ante iuſtam ac legitimam exercitationem, antiquitus corpora de more fricabant, mollius primò, pòſt durius iam in arenam deſcenſuri. Hac frictione incaleſcente & emollito corpore, agilitas ad motus expedita quærebatur: nomen illi ex re ἡ παρασκευαστικὴ, aut προπαρασκευαστικὴ τρῖψις, quoniam corpora ad exercitationem præpararet. Huic reſpõdebat altera ἡ ἀποθεραπευτικὴ, corpora legitimè exercitata recreans, & à laßitudinis periculo, aliiſq; multis quæ conſequi poterant, uindicãs: mollis illa erat, cum multo oleo, ut hoc pingui imbutæ ſolidæ corporis partes emolleſcerent, ſi fortè ille labor ſiccíores feciſſet, & ut eius calore & ſubtilitate tenuis & mordax humor per corporis ſpiracula, ſub autẽ uſque propulſus

pulſus euocaretur, & ne per ea ſpiracula, caloris ui aperta, ſe in altum uſque corpus, & ad ipſa uiſcera frigidior aliqua aura inſinuaret, quæ uitæ periculum creare poſſet.

A malis ſuccis perpetuò certè abſtinendum, niſi ſicubi totius corporis calorem & ſiccitatem, qui æſtiuo tempore laborant, curare velint. Tum enim & mala, & pruna, & mora, & ceraſia[a] primâ menſa vtiliter ſumuntur. Quin & cucumeris, & peponis, & melopeponis, & adhæc præcocium, & perſicorum, paululum ſumi poteſt: itémque melcæ, vt Romani vocant, refrigeratæ, & aphrogalactis, & aliorum, quæ parantur ex lacte, quale eſt, quod appellant ἀφρυγροτρόφημα. Sed & frigidi fici, & cucurbitæ, ſic affectis æquè bene faciunt. Quãdo uti liceat malis ſuccis.

a Lego προλυφθέντα: nam antè monuit, totum hoc genus ad primam menſam pertinere, ut corruptionis in uentriculo periculum declinetur.

Lactianiorum infinita eſt uarietas, & innumerabiles

rabiles formæ, certantibus inter se, de nouis inuentis, non tantùm nationibus, sed & singulis quibusque è plebecula: itaque quot familiæ sunt, totidem propè celebrantur eorum species. Quo minus operæ ponam in persequendis eorum nominibus aut formis. Athenæus in hoc genere aliquid reliquit, & alij quidam, quorum nomina sunt in collectaneis Græcis rerum rusticarum, sed quota est obsecro illa pars? Qui duldarijs istis capiuntur, ad rem pertinet, ut accuratè obseruent, quibus ex rebus, & quemadmodum quæque fiant, deinde quo pacto se ab illis assiâ sentiant. ita enim facilè & uires caiusque cognoscent, & opportunum utendi tempus. Ficis porrò grauis iniuria fieri uidetur, hoc loco inter malos succos censis, & nisi fuisset antè cucumerum facta mentio, non dubitassem dicere scribendum potius σίκυοι, quàm σῦκα, id est, cucumeres quàm fica. Sine dubio id aptius esset: nam cucumeribus & cucurbitis quædam est inter se quasi germanitas, plantæ specie & uiribus: habetur enim utrunque in malis, quanquam est cucurbita longè melior, ficis nulla omnino cum cucurbitis affinitas, & uel exiguum, uel nihil omnino mali ineſt, utique perfectè maturis. Quid autem est, fici frigidi? An refrigerandi ui præditi? At calfacere constat, euidenter caricas, obscurius ficos uirides. Sed temperato calore sint: num igitur in re temperata satis præsidij erit ad extinguendum totius corporis, ab æstiuis laboribus

accensum

acensum ardorem? non uidetur. Et in cucumere nõne satis esset? esset. Quid ergo uetat, quo minus expunctis ficis, cucumeres legas? Quòd eorum antè facta mentio est. Sed solet hic uir eadem sæpe inculcare: cur ergo tu te religione obstringas, qua ille se liberum esse uoluit, præsertim cùm orationis contextus propè efflagitet σίκυον? Quòd si quis dicat, ficos frigidos actu, ut in scholis loqui didicimus, requiri, nõ audiemus. Scimus enĩ eas res, quæ aliquid efficiunt, non natiua ui, sed aduentitia & externa, ad naturam suam statim redire, etiam si nobis alium sui sensum principio dant. Itaque fici hoc modo frigidi refrigerarẽt, illi quidem momento temporis, sed ela-pso illo calfacerent, si non alia de causa, certè communi omnium ciborum, qui in sanguinem mutantur. Neque ignoro, contra hæc dici probabiliter multa posse: ut in eadem causa, paulò pòst suillum pedem bellè elixum concedi, & gallinaceas aut anserinas alas, & oua tremula. Sed hæc homini frugali, & à cibis malis temperanti dantur, & dantur ad sustinendam potius humectante alimento naturam labore fractam, quàm ad refrigerandam. Hæc enim uis frigoris, à lactuca, à cucurbita, à ualde diluto uino manat, id quod ipsa declarat conclusio. & si eidem eodem modo, & cum ijsdem rebus ficos daret, nihil admirarer equidem: fateor enim in ficis uirentibus humorem inesse, esse autem adeò uel frigidum uel malum

lum,ut cum prunis,moris perſicis,præcocibus, peponibus,& cæteris eiuſdem generis,reœnſeri debuerit:id uerò pernego:& obtinebo facilè,ſpero, etiã apud iniquũ iudicẽ. Nam ſi cucurbitas ad illorũ comparationem fatemur ſucco malo uacare,cur ficos negemus? Sunt enim profectò & fici,& uuæ meliores fugacibus: neque tamen hæc dixerim,ut ab omni uicio ficos liberem:ſed ut intelligatur,cùm tantum inter hos & illa interſit,non ſatis conuenienter in eandem cum illis claſſem eos referri.

Quomodo medendum ſqualori corporis ex æſtiuis laboribus contracto.

Frugi tamen homo ac temperans, alia ratione profectò è dictis laboribus contractum corporis ſqualorem, humectare ſimul ac refrigerare poterit. Vbi enim è balneo egreſſus biberit, primùm quidem aquam, deinde autem vinum mediocriter aquoſum, atque vbi quicquid hauſerat, euomuerit, eſſe poterit lactucam in primis, innoxium ſimul ac refrigerans olus: deinde ex aceto & garo bellè elixum ſuillum pedem, & gallinaceas alas, aut anſerinas, aut ventrẽ eius,

eius, aut frictum aliquem piscem, ex eorum genere, quorum mollis est & tenera caro: ac si etiam volet, oleraceũ quid attingere, succi modò vicio careat, quod genus est malua, & cucurbita: & vinũ super hæc bibere, aqua frigida valde dilutum. Atque ante hoc etiam salsamentum attingere, & oua quæ tremula vocant, & pisces ex oleo & garo sumi solitos. Nam quod dixi, arido corporis calori, mederi præstat frigida, declinatis semper mali succi cibis. Alica etiam frigida, ita affecto corpori, sine succi vicio medetur, ex mulso, & frigido vino. Ac mihi sæpe in hac affectione satisfecit ptissanæ cremor bene refrigeratus, eo tempore quo dicebam modò, frigidam vtiliter bibi posse. Est autem aliis alius modus, tum cibi, tum potionis refrigerantis: & quibus in consuetudine est

Lege πρὸ ψύχουσιν. sequũtur alia quædã, quæ per se

quisq; facilè reponet.

nix, illi ea, antè niue refrigerant: quibus fons, illi recens hausta è fonte aqua contenti, nihil requirunt niuem. Debet autem & dilutum illud vinum, eodem antè modo, refrigeratum esse: ita enim medici de more appellant προψυχισμένον οἶνον Græcè, cùm in frigidissima aqua vinario vase posito, antè vinum refrigeratur. Atque hæc quidem consuluerim ijs, quorum implicata negocijs vita est, vt sunt gentium atque vrbium præfecti: ijsque magis, illi quorum ministerio ipsi vtuntur: neque his minus, qui militiam, quíque longa obeunt itinera.

In exercitatione uidetur etiã balneum comprehẽdere.

Nã qui sunt ab huiusmodi negocijs liberi, si se de more exercẽt, potione frigidæ, nõ nisi rarissimè opus habebũt: si se non exercent, & si media æstate magnam caloris vim sentiunt, sine incommodo de fonte bibant, à niue abstinentes. Nam etsi

etsi ipso in tempore, iuuenilibus corporibus nihil mali videatur nix facere, quod quidem sensu percipi possit, paulatim tamen atque imprudentibus augescente malo, inclinata processu temporis ætate, morbos facit, vix aut nullo modo curabiles, in articulis, neruis, visceribus. Est autem consentaneum, vt infirmissima naturâ est, vnaquæque corporis pars, ita promptissimè affici à causis lædentibus. Sed maxima certè uis est, cùm ad morbos progignendos, tum ad malos succos continuatæ cruditatis: siue ea boni, siue mali succi cibis succedit. quanq; obscurum non est, deteriorem esse longè, sub mali succi cibis: quorum cùm sit duplex natura, si quidem tenuem succum faciunt, acutos morbos, cum malè moratis & intractabilibus febribus adferunt, aut si certam aliquam in

Niuem q. mala sequã tur.

Quantũma lorum ex cruditate.

Morbi ex tenui succo.

partem, malus ſuccus decubuerit, eryſipelata, herpetas, & ſi quis eſt alius eius
Ex craſſo. generis calidus affectus: ſin craſſum, arthritidas, podagras, nephritidas, aſthmata, lienis & iecoris duratas in ſcirrhum affectiones. Et ſi eſt melancholi-
Ex melancholico. cus ille vicioſus ſuccus, cancros, lepras, pſoras, quartanas febres, melancholias, nigras decolorationes, lieníſque aſſimilẽ tumorem: item varices nigri, & hæmorrhoïdes ex tali ſucco multos afflixerunt.
Ex mixto. Mixtæ verò è multis ſuccis affectiones, herpetas, & depaſcentia vlcera, quæ appellant φαγεδαινικὰ, omniáque intractabilia, & malè morata, id Græcè eſt τὰ κακοήθη, & acutas febres faciunt, ſed quæ ex interuallo redeant tamen, vt ita in longum protrahantur.

FINIS.

Hæc ita immutanda & emendanda uiſa ſunt.

Pag. 40. uer. 11. pro inſenſatus, lege mentis expers. & pag. 47. uer. 17.
Pag. 55. uer. 1. lege, hiera picra dialoës,
Pag. 77. uer. 15. pro, quos ubi diu ac ſæpe laueris, lege, quos ubi elueris, iterata ſæpe elixatione.
Pag. 85. uer. ultimo, lege: Quæ uerò ſuæ matres adhuc lactant, ſi quidē illæ bonū lac habent, ea et c.
Pag. 93. uerſ. 11. lege, dictum id iam antè erat,
Pag. 110. uer. 1. lege, exceptis glandibus caſtaneis, quæ &. uerſ. 4. De cæteris, illorū fructuum et c.
Pag. 115. uerſ. 1. dauci: mali boniq; in medio,
Pag. 118. uerſ. 8. cui ſalutaris dbus aræ ſit.
Pag. 124. uer. 19. quæ craßis iſtis ſenſibus iudicātur.
Pag. 132. uerſ. 1. Baiano laeu.
Pag. 135. uerſ. 5. pro noxia, lege, noxa.